AUTHOR: WESTERWICK, OSCAR

TITLE: DE PLUTARCHI STUDIIS HESIODEIS

PLACE: MONASTERII...

DATE: 1893

Master Negative #

91-80073-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88P71
FW

Westerwick, Oscar, 1868-
De Plutarchi studiis Hesiodeis. Commentatio philologica quam ..., scripsit Oscar Westerwick ...
Monasterii Guestf., Bredt, 1893.
77 p. 22 cm.

Thesis, Münster.

68905

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6/6/91 INITIALS: A.T.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE PLUTARCHI STUDIIS HESIODEIS.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

OSCAR WESTERWICK,

GUESTFALUS.

MONASTERII GUESTF.

EX TYPOGRAPHIA IOANNIS BREDT.

MDCCCXCIII.

MATRI CARISSIMAE

SACRUM.

Ut Homerus iam in antiquitate nanctus est qui operibus eius operam navarent et interpretandis et emendandis, sic Hesiodus quoque suos in illa aetate interpretes et criticos invenit, partim eosdem cum illo, partim alios neque eos deteriores. Qui enim viri illustrissimi Alexandriae vitam musis deditam agebant fere omnes contulerunt aliquid ad Hesiodi opera perpolienda. Ac praeter Zenodotum, Aristophanem Byzantium, Apollonium Rhodium Aristarchus quoque ingenium exercuit in carminibus poetae emendandis et post eum Seleucus, Aristonicus, alii quos nominare hic nihil attinet. Sed de operibus ab his viris de Hesiodo compositis frusta tantum dolendum est aetatem tulisse minutissima, unde de veterum interpretatione Hesiodi et emendatione non multum percipiatur; ideoque magis nobis gratulabimur, quod unus quem ne in hoc quidem litterarum genere parvi aestimaveris vir antiquitatis praeclarus qualia studia in Hesiodo collocaverit ex reliquiis satis amplis cognoscere licet luculentissime: Plutarchum dicimus Chaeronensem.

Plutarchi igitur studia Hesiodea ad quae poetae carmina pertinuerint primum explorare quaerentibus nobis sententiae recte ferendae ansam suppeditabit numerus versuum quos ex utroque carmine Plutarchus in scriptis suis alicubi attulit. Qua in re si nominum indici editioni Didotianae in fine adiecto fidem habere licet, Plutarchus carmen opera et dies inscriptum quin-

que partibus saepius allegat quam theogoniam; unde in illo carmine acriora eum studia quam in hoc collocavisse nostro iure concludemus. Idque ita Plutarchi ingenio atque naturae consentaneum est ut miraremur, si res secus se haberet. Qui enim quaecunque legebat eo tantum legebat consilio ut ad mores excolendos utile aliquid inde auferret, qui adolescentes tantummodo *παιδείας ἕνεκα* (de aud. poet. cap. 11), h. e. morum emendandorum gratia, poetas legere iubebat, quanto is studio putandus est arripuisse carmen ita comparatum ut unusquisque fere versus praeclarum legenti praeceptum morale offerret? Certe hoc carmen magis idoneum erat quod ad studiose legendum eum invitaret quam alterum carmen fabulis repletum quas interpretari probabiliter non poterat nisi Stoicorum ratione ad alias res eas transferret, eamque interpretandi rationem num adeo adamaverit ut per totum carmen neque ita exiguum eam agitare animum induceret licet dubitare. Sed hoc utut est, vel locorum ex utroque carmine a Plutarcho in scripta sua illatorum numero docemur in operibus et diebus maiorem eum industriam posuisse quam in theogonia.

Ceterum de operibus et diebus quod Boeotos, Heliconis accolas, narrasse sibi Pausanias dicit IX 31, 4: *Βοιωτῶν οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιῆσαι οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα .. καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν .. ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα* — id Plutarchus, Boeotus ipse, quamquam vix ignorabat, in scriptis suis ne verbo quidem tetigit. Sed adiudicavisse eum Hesiodo theogoniam documento sunt versus theogoniae quos ut Hesiodeos affert, velut v. 80 in quaest. conv. IX 14, 7: *τοῦ λόγου τὸ μέν ἐστι πολιτικὸν καὶ βασιλικόν, ἐφ᾽ ᾧ τὴν Καλλιόπην τετάχθαι φησὶν ὁ Ἡσίοδος*, v. 117 de def. orac. cap. 4: *αὐτὴν μὲν οὖν τὴν γῆν ὥσπερ Ἡσίοδος . . . ʻπάντων ἕδος ἀσφαλὲς᾽ προσεῖπεν.* Cui vero hi loci ad persuadendum esse minus apti videntur, quoniam putari possit Plutarchus hos versus Hesiodeos appellasse, quandoquidem Hesiodi nomine theogonia ferretur, nec tamen vere Hesiodeos existimasse, is inspiciat disputationis qua de fraterno

amore Plutarchus agit cap. 6, ubi legitur: *ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐκ εἶ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι, καὶ ταῦτα τῶν μουσῶν γεγονὼς μαθητής.* Hic igitur alludens ad opp. v. 376:

μουνογενὴς δὲ πάις εἴη πατρώιον οἶκον
φερβέμεν

et theog. v. 22:

αἵ νύ ποθ᾽ Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν (scil. *αἱ μοῦσαι*) dictum quod est in operibus et diebus vituperat, id minime decere affirmans musarum discipulum, qualem se ipsum Hesiodus in theogonia professus sit; unde certissime evincitur Plutarchum utrumque carmen Hesiodo tribuisse.

Illud vero carmen quod inscribitur *ἀσπὶς Ἡρακλέους*, quod tertium hodie Hesiodi nomen prae se fert, Plutarchus nunquam commemoravit, ita ut, si non ignorasse, attamen abiudicasse eum ab Hesiodo hoc carmen verisimile sit.

Age nunc videamus eane studia in Hesiodo Plutarchus posuerit modo ad sui animi fructum an alios quoque eorum compotes reddiderit commentariosque utrum scripserit in Hesiodum necne inquiramus.

Atque opera et dies eum interpretatum esse commentario primum scholia in quibus Plutarchus ut interpres laudatur videntur demonstrare. Quamquam id indicium solum non sufficere aliquis putaverit; etenim in utriusque carminis scholiis Zenonis quoque insunt interpretationes, eumque commentarios in Hesiodum scripsisse viri docti diffidunt[1]. Verum non est quod dubitemus. Nam apertum testimonium habemus hoc Gellii: XX, 8 id etiam multo mirandum est magis quod apud Plutarchum in quarto in Hesiodum commentario legi: ʻcaepe tum revirescit et congerminat decedente luna, contra autem inarescit adolescente. Eam causam esse dicunt sacerdotes Aegyptii cur Pelusiotae caepe non edunt; quia solum olerum

[1] Cf. Flach, Glossen und Scholien zur Hesiodeischen Theogonie, p. 29 sq.

omnium contra lunae aucta atque damna vices minuendi et augendi habet contrarias.' Quod pertinet procul dubio ad opp. v. 780 sqq.:

μηνὸς δ' ἱσταμένου τρισκαιδεκάτην ἀλέασθαι
σπέρματος ἄρξασθαι · φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη.
ἕκτη δ' ἡ μέσση μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσι.

Videtur igitur commentarius quem in opera et dies Plutarchus scripsit quattuor libris compositus esse, cum qui inde a v. 780 versus restant pauciores sint quam quorum gratia liber quintus additus sit[1].

Itaque operum et dierum commentarius Plutarchi nihil habet dubitationis; incertus vehementer est commentarius theogoniae, cuius nemo dum ullum indicium exploravit. Ac vel haec res aliquam de hoc commentario dubitationem movere debet quod Plutarchus, ut supra vidimus, in theogonia pernoscenda multo minus quam in operibus et diebus versatus est. Accedit quod in scholiis theogoniae nusquam Plutarchi nominis mentio fit et ea perlegenti suspicio rarissime oboritur haec vel illa esse Plutarchea. Sed etiamsi pro certo affirmari possit in theogoniae scholiis nihil inesse quod ullo modo ad Plutarchum pertineat, ne tum quidem licebit dicere, quia compositor scholiorum Plutarchi commentarium, si qui fuisset, haud dubie adhibiturus fuerit, commentarium in theogoniam non scripsisse Plutarchum. Qui enim prima in theogoniam scholia congessit inter aetatem Augusteam et illud tempus quo Apollonius Dyscolus vixit grammaticus (h. e. primo saeculo p. Chr. n.) opus suum conscripsit, id quod Flachius[2] probabiliter docuit. Potuit igitur hic, antequam Plutarchus commentarium suum scriberet, componere scholia; cumque horum quoque scholiorum sors ea fuerit ut in brevius contraherentur potius iterum atque iterum quam augerentur additamentis aliunde petitis, fieri potuisse nemo

[1] Cf. Scheer, de Plutarchi commentario in Hesiodi opera et dies. Progr. Rendsburg 1870 p. 1.
[2] Cf. l. l. p. 32.

negabit ut, Plutarchi si qui exstaret in theogoniam commentarius, separatus maneret a scholiis theogoniae. Vehementer igitur lubrica haec est quaestio et quae ad certum finem vix deduci possit, nisi novum aliquod auxilium praeter spem accedat. Sed ut omnia temptemus quae rem obscuram in lucem vocare possint, eos quibus theogoniae versus afferuntur Plutarchi genuinorum scriptorum locos cum scholiis quae eosdem versus tractant comparemus, si quid forsitan inter utraque similitudinis deprehendamus. Illo ex numero si eos locos quibus ipsi tantum versus afferuntur nulla interpretatione adiecta silentio praetermittimus, duo restant, quorum prior est in quaest. conv. IX 14, 7. Ibi quibus singulae musae muneribus fungantur docens Plutarchus ad theog. v. 79 sq.:

Καλλιόπη θ' · ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.
ἣ γὰρ καὶ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ

respicit cum haec dicit: *τοῦ λόγου τὸ μέν ἐστι πολιτικὸν καὶ βασιλικόν, ἐφ' ᾧ τὴν Καλλιόπην τετάχθαι φησὶν ὁ Ἡσίοδος.* Quibuscum nihil similitudinis habere patet quae scholiasta dicit: *Καλλιόπη ἔπη, ἣν καὶ προφερεστάτην εἶπε πασῶν, ὅτι πάσης ἐπιστήμης ὁ λόγος ἀνώτερος · ἢ διὰ τὸ τὴν ποιητικὴν ἀνωτέραν οὖσαν.* Atque etiam munerum ceteris musis a scholiasta et a Plutarcho (ibid.) attributorum tanta est diversitas ut ne in his quidem hoc scholium quidquam habere cum Plutarcho commune appareat. Itaque locos inter se opposuisse satis habemus.

Scholiasta.	Plutarchus.
Κλειὼ ῥητορικήν ·	*τὸ φιλότιμον ἡ Κλειὼ μάλιστα κυδαίνειν καὶ συνεπιγαυροῦν εἴληχεν.*
Εὐτέρπη αὐλητικήν ·	*Εὐτέρπῃ δὲ πᾶς ἂν τις ἀποδοίη τὸ θεωρητικὸν τῆς περὶ φύσιν ἀληθείας.*
Θάλεια κωμῳδίαν ·	*τῆς δ' ἐπιθυμίας τὸ μὲν περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡ Θάλεια κοινωνητικὸν ποιεῖ.*

Μελπομένη τραγῳδίαν·	τὸ δι' ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν ἡδονῆς εἶδος . . Μελπομένη
Τερψιχόρη κιθαρῳδίαν·	καὶ Τερψιχόρη παραλαβοῦσαι κοσμοῦσιν.
Ἐρατὼ ποίησιν·	ταῖς περὶ συνουσίαν σπουδαῖς ἡ Ἐρατὼ παροῦσα.
Πολύμνεια γεωμετρίαν·	ἡ Πολύμνια τοῦ φιλομαθοῦς ἐστι καὶ μνημονικοῦ τῆς ψυχῆς.
Οὐρανία ἀστρονομίαν.	. . τιθῶμεν περὶ τὰ οὐράνια μίαν τῶν Μουσῶν, ἣ Οὐρανία φαίνεται.

Alter locus est de def. orac. cap. 43. Ibi laudatur Hesiodus, quod melius quam nonnulli philosophi terram *πάντων ἕδος ἀσφαλές*, h. e. sempiternam, appellarit (v. 117); scholiasta nihil tale dicit.

Restat ut pauca dicamus de locis tribus quos ad Plutarchi auctoritatem referendos esse possit aliquis suspicari: quorum unus est in brevi praefatione scholiis praemissa: *μοῦσαι δὲ ἐκλήθησαν ὡς ὁμοῦ ἀεὶ οὖσαι.* Hoc enim modo eodem Plutarchus musarum nomen explicat de frat. am. cap. 6, cum dicit ut *ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας* musas ita nominatas esse a Graecis. Ea vero notatio, si Flachius quidem recte docet[1], singularis erat nec longe propagata, ita ut propiorem quandam utriusque loci affinitatem nostro iure statueremus, nisi totum scholium exceptis verbis illis adeo ieiunum et ex parte ineptum neque ullius pretii esset. Imprimis quae ad notationem illam explanandam adduntur *εἰ γὰρ καὶ ἴδιον κλῆρον ἑκάστη εἴληχεν, ἡ μὲν ἀστρονομίας, ἡ δὲ γεωμετρίας, ἡ δὲ καλλιεπείας, ἡ δὲ ᾠδῶν καὶ ἑτέρα ἑτέρων, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ πάσας ἐστὶν εὑρεῖν. ἐν γὰρ ἀστρονομίᾳ καὶ γεωμετρίαν εὕροι τις ἂν καὶ κάλλος ἐπῶν καὶ ἱστορίαν καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστον* vilis grammatici redolent sapientiam. Quo enim modo in ipsa astronomia deprehendas *κάλλος ἐπῶν* et reliquas artes omnes? Contra

[1] Cf. l. l. p. 85.

Plutarchus certe rem ita animo proponebat ut musas inter se amicas et cognatas esse, h. e. ut qui ad unam earum maxime sese applicasset, ei statueret tamen ceteras quoque colendas esse, si quidem homo fieri vellet vere eruditus. Quocirca par est putare illud musarum veriloquium tamen usitatius fuisse quam Flachius censeat et assumptum esse a scholiasta alicunde a Plutarcho seorsum[1].

[1] Neque igitur illam praefatiunculam Plutarcho tribuimus, neque ut aliter statuamus commovemur Useneri disputatione in Mus. Rhen. XXII p. 592 instituta. Is enim ad opp. v. 25:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων

illustrandum in codice Monacensi hoc scholium invenit quod manifesto Plutarchi commentario deberi censebat: *δεῖ δὲ τὸ πρόσφορον ἑαυτοῖς ἑλομένους καὶ διαπονοῦντας ἐᾶν τὰ τῶν ἄλλων, καὶ μὴ τὸν Ἡσίοδον ἐλέγχειν ἐνδεέστερον εἰπόντα·*

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων·

οὐ γὰρ μόνον τοὺς ὁμοτέχνους καὶ τοὺς ὁμοτρόπους ζηλοῦντες, ἀλλὰ καὶ λογίους πλούσιοι καὶ πλουσίους ἔνδοξοι καὶ δικολόγοι σοφιστὰς καὶ ναὶ μὰ Δία κωμῳδοὺς εὐημεροῦντας ἐν θεάτροις καὶ ὀρχηστὰς καὶ θεράποντας ἐν αὐλαῖς βασιλέων ἐλεύθεροι καὶ εὐπατρίδαι κατατεθαμβημένοι καὶ μακαρίζοντες οὐ μετρίως λυποῦσιν αὐτοὺς καὶ ταράττουσιν. A Plutarcho sane haec profecta sunt, sed non ex eius commentario sumpta, verum ad verbum transcripta ex cap. 13 commentationis de tranquillitate animi. Itaque cum Plutarchum ipsum hunc locum transcripsisse in commentarium suum, quod opineris forsitan, verisimile non sit, quoniam ne unum quidem tale exemplum exstat, statuere debemus interpretem quendam gnarum Plutarchi scriptorum interpretationem inde versus Hesiodei mutuatum esse. Sed de praefatione theogoniae idem indicare vix licet. Nam et Monacensis ille codex videtur secretum a ceteris locum obtinere, ut ab illo proficiscentem de ceteris tale aliquid ponere vix liceat, nec verisimile est interpretem tantummodo veriloquium illud a Plutarcho sumpsisse, cum tot et tam egregia ipsis de musis inventa alia inde percipere in promptu esset. Probabilior certe hac videtur alia explicatio, qua illam musarum notationem ex opp. adnotationibus Plutarcheis, unde exciderit postea, in theogoniae scholia transcriptam esse aliquis putaverit, exemplo utens scholio theog. v. 665, quod quidem manifesto ex opp. scholiis compluribus conglutinatum sit. Licet hoc quidem de praefatiunculae suspicari verbis illis, sed verisimile ne hoc quidem est propterea quod de duobus aliis illi similibus locis, qui dehinc tractabuntur, illud cogitare non licet.

Deinde in disceptationem veniunt ex scholio ad theog. v. 116:

ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽

adscripto haec: Πλάτων πανδεχῆ φύσιν λέγει· δεῖ γὰρ τόπον ὑποστήσασθαι ὃς δέχεται τοὺς εἰς αὐτὸν γεννωμένους. Simile enim dicit Plutarchus de Is. et Osir. cap. 57. Ibi postquam Hesiodum eadem rerum principia cum Aegyptiis posuisse (v. 116) dixit, sic pergit: τὸ γὰρ χάος δοκεῖ χώραν τινὰ καὶ τόπον τοῦ παντὸς ὑποτίθεσθαι. Itemque in quaest. conv. V 5, 2 εὐδοκιμεῖ δὲ θαυμαστῶς καὶ Ἡσίοδος εἰπών·

ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽.

χώραν γὰρ ἔδει καὶ τόπον προυποκεῖσθαι τοῖς γενομένοις. Interpretatio igitur ea τοῦ χάους ad Platonem[1] redit auctorem; qua et a Plutarcho[2] et a scholiasta assumpta similia verba evenisse non ita mirum est.

Denique ex scholio ad v. 266:

.. Ἠλέκτρην· ἣ δ᾽ ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν

adnotato haec verba: ἀπὸ τῆς λαμπηδόνος γίνεται τὸ τόξον· οὐ γὰρ ἔχει ἰδίαν ὑπόθεσιν, ἀλλ᾽ ἔμφασίς τίς ἐστι· τοῦ γὰρ νέφους μικρὰς ῥανίδας ἔχοντος καὶ ἐξεναντίας κειμένου τοῦ ἡλίου ἀνακλᾶται ἡ ἡμετέρα ὄψις πρὸς τὸν ἥλιον καὶ δοκεῖ τι κύκλου τμῆμα ἐν τῷ νέφει εἶναι comparamus cum eis quae de arcu coelesti leguntur amat. cap. 20: ἀνάκλασις δήπου τὸ περὶ τὴν ἶρίν ἐστι τῆς ὄψεως πάθος, ὅταν ἡσυχῇ νοτερῷ, λείῳ δὲ καὶ μέτριον πάχος ἔχοντι προσπεσοῦσα νέφει τοῦ ἡλίου ψαύσῃ κατ᾽ ἀνάκλασιν, καὶ τὴν περὶ ἐκεῖνον αὐγὴν ὁρῶσα καὶ τὸ φῶς δόξαν ἡμῖν ἐνεργάσηται τοῦ φαντάσματος ὡς ἐν τῷ νέφει ὄντος et plac. phil. III 5, 1: τῶν μεταρσίων παθῶν τὰ μὲν καθ᾽ ὑπόστασιν γίνεται, .. τὰ δὲ κατ᾽ ἔμφασιν, ἰδίαν οὐκ ἔχοντα ὑπόστασιν .. ἔστιν οὖν κατ᾽ ἔμφασιν ἡ ἶρις et 5, 3: δεῖ γὰρ ἐπινοῆσαι τὴν ὑγρὰν ἀναθυμίασιν εἰς νέφος μεταβάλλουσαν, εἶτ᾽ ἐκ τοῦ κατὰ βραχὺ εἰς μικρὰς ῥανίδας νοτιζούσας, .. ὅταν οὖν ὁ ἥλιος γένηται εἰς

[1] Cf. Tim. 50 B: ὁ αὐτὸς δὴ λόγος περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης φύσεως et 51 A: ἀλλ᾽ ἀνόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές.

[2] Cf. Flachii l. l. p. 39.

δυσμὰς, ἀνάγκη πᾶσαν ἶριν ἄντικρυς ἡλίου φαίνεσθαι, ὅτε ἡ ὄψις προσπεσοῦσα ταῖς ῥανίσιν ἀνακλᾶται, ὥστε γίνεσθαι τὴν ἶριν. Cum his locis certe non minus similitudinis habere iudicamus scholiastae adnotationem quam cum Posidonii loco quem Flachius fidenter censet[1] a scholiasta in suum usum conversum esse, qui legitur apud Diog. Laert. VII 152: ἶριν δ᾽ εἶναι . . ., ὡς Ποσειδώνιός φησιν ἐν τῇ μετεωρολογικῇ, ἔμφασιν ἡλίου τμήματος ἢ σελήνης ἐν νέφει δεδροσισμένῳ κοίλῳ καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κατόπτρῳ φανταζομένην κατὰ κύκλου περιφέρειαν. Sed vel haec similitudo, quae scholiastae uni cum duorum scriptorum locis inter se alienis intercedit, caute agendum esse docet et casui plus tribuendum esse hic quam primo obtutu videatur licere[2].

Haec habuimus quae de hac quaestione exponeremus, neque ex eis quidem fontibus qui hodie nobis praesto sunt plura hauriri posse putamus. Utut vero de tribus locis illis iudicabitur, illorum similitudinem cum locis Plutarcheis satis firmum esse indicium commentarii a Plutarcho in theogoniam compositi nemo erit qui censeat. In dubio igitur res relinquenda est.

Iam aggredimur ad Plutarchi studia in opp. collocata. Ac primum quidem id agemus ut et exploratas olim a viris doctis commentarii ab eo compositi reliquias examinemus et, si fieri possit, novas indagemus.

In quibus ne quem subeat mirari quod tot tantisque oratio hiatibus deformata videatur, cum tamen Benseleri[3], Sintenisii[4],

[1] Cf. l. l. p. 69.

[2] Apparet cur τοῦ χάους et τῆς ἴριδος interpretationes non ex opp. commentario in theog. scholia transcripta esse possint (id quod supra tetigimus). Noque enim illae voces in opp. locum habent neque habuerunt certe in commentario.

[3] Benseler, de hiatu in scriptoribus Graecis. Pars I Freiberg 1841 p. 314 sqq.

[4] Sintenis, de hiatu in Plutarchi vitis parallelis epistola ad Hermannum Sauppium, Zerbst 1845.

Schellensii[1] curis Plutarchum vitavisse hiatum satis constet, pauca nobis liceat praemonere. Hanc hiatus vitandi legem exploratum est Plutarchum cum aliis scriptoribus sibi imposuisse in eis scriptis quibus quaestionem ad philosophiam quidem aut historiam pertinentem tractabat eleganter ab ipsa orationis elegantia augenda nanctus causam hiatus vitandi satis probabilem; sed commentarii, quod genus scriptorum instruere potius doctrina quam elegantia delectare solet, sine hiatibus compositi nullum exemplum notum est. Sed etiamsi Plutarchum cognitum haberemus hic quoque tenuisse consuetudinem hiatus vitandi, ne ita quidem eas quae hiatus exhibent reliquias commentarii in suspicionem vocare liceret ob id ipsum quod sunt reliquiae ex commentario ab aliis hiatum minus curantibus excerptae et discerptae.

Hoc unum est quod praemittere voluimus, alterum pertinet ad scholiorum ad opp. adscriptorum rationem condicionemque. Quae scholia tribus viris debentur: Proclo, Tzetzae, Moschopulo. Ex his Proclus philosophus, qui Academicorum recentiorum sectam secutus quinto vivebat saeculo p. Chr. n., in opp. commentarium composuit, quo cum multa philosophorum illorum modo subtiliter atque argute commenta, tum vero creberrima Plutarchi rationis interpretandi et emendandi specimina ex eius commentario videlicet ab illo assumpta continebantur. Sed Procli quoque libellus sua fata habuit; decursu enim temporis valde laceratus additamentisque depravatus est. Quod quam incommode Plutarchei commentarii fragmentis in Procli opusculum insertis acciderit in propatulo est. Nempe cum Proclianis permulta periisse videntur Plutarchea, et multis locis ubi Plutarchum Proclus secutus est auctoris nomen intercidit, ita ut fieri vix possit ut Plutarchea ubique satis certo internoscamus.

Sed iam quomodo Tzetza nobis aestimandus sit videamus. Is, compilator impigerrimus, ineptissimus homo ceteroqui, ad Hesiodi interpretationes conficiendas Procli commentarium im-

[1] Schellens, de hiatu in Plutarchi moralibus. (diss. Bonn.) 1864.

pudenter exscripsit. Vivebat autem saeculo duodecimo nec iam integrum Procli commentarium ante oculos habebat, attamen integriorem eo quem nos nunc habemus; quam rem primus Usener explanavit (l. l. p. 587 sqq.), atque Scheerium (l. l. p. 2 sqq.) illius sententiam frustra impugnavisse Patzigius[1] demonstravit. Itaque nos de hac re plura verba facere supersedemus et hoc fatemur posse quidem fieri ut novae commentarii Plutarchei reliquiae in Tzetzae adnotationibus inveniantur, sed novas nobis ut inveniremus non contigisse. Atque etiamsi aliquid novi deprehenderetur, tamen inde non multum lucraremur, cum non soleat Tzetza integra aliunde exscribere, sed quae assumpsit ea suis consuescat commiscere hariolationibus, iniucundam ita farraginem efficiens nec magno pretio aestimandam.

Tzetza vero non magis ad nos pertinet Moschopulus, qui magister Byzantinus saeculo decimo tertio opp. commentario instruxit, qui ex metaphrasi satis ieiuna et ex notis constabat grammaticis; ex eo quoque Useneri iudicio Procliana recuperari possunt. Hoc utut est, reliquias commentarii Plutarchei novas in eo non invenimus. Nobis igitur res erit cum uno Proclo.

Sed priusquam quas novas indagaverimus commentarii Plutarchei reliquias aperiamus, dicendum erit de nonnullis fragmentis ex numero eorum quae a viris doctis olim Plutarcho attributa sunt.

Ex quibus quae Plutarchi nomine notata non sunt quo iure ei restituta sint ne cui dubitatio oboriatur, argumenta quibus freti viri docti sua quaeque Plutarcho reddiderunt in medium proferimus.

Ac certissime quidem origo Plutarchea explorata est fragmentorum eorum quibus consimilis et sententia et dictione locus e scriptis Plutarchi ut erueretur contigit. Velut fragmentum 17 (Duebn.):

'εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν'. δοκεῖ μὲν ἀπηρτῆσθαι τοῦτο τοῦ προρρηθέντος· ἔχει δὲ καὶ συνέχειαν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν

[1] Quaestiones Plutarcheae (diss. Berol. 1876) p. 21—28.

ὅτι, κἂν ᾖ σμικρὸν τὸ ἀφαιρεθέν, παχνοῖ τὸν ἀφαιρεθέντα διὰ τὴν ἀκούσιον ἀφαίρεσιν, ἐπήγαγεν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐπισωρευόμενον μὲν μέγα τι γίνεται, ἀφαιρούμενον δὲ εἰς τὸ μηδὲν καταλήγει· ὥστε εἰκότως λυπεῖ καὶ τὸ σμικρὸν ἀφαιρούμενον. καὶ εἰ τοῦτο ἀληθές, ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν ὅτι χείριστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ μὴ παρὰ τοῦτο λεγόμενον· εἰ γὰρ καταφρονοῖτο ὡς μικρὸν ἕκαστον καὶ ἐπιλέγοιμεν· ‛μὴ παρὰ τοῦτο’, κακῶς πράξομεν· ἐν μὲν οὖν οἰκονομίαις λιμώξομεν τοῦτο ἀεὶ ἐπᾴδοντες· ἐν δὲ τῇ διαίτῃ νοσήσομεν, πολλάκις μὲν παρορῶντες τὸ ὀρθόν, λέγοντες δὲ ταύτην τὴν φωνήν· ἡ γὰρ καθ’ ἓν ἕκαστον ἐπίλειψις μεγάλην ἀθροίζει τοῖς παρορῶσι τὴν βλάβην Plutarcho redditum est propter similitudinem quae ei intercedit cum loco qui est de prof. in virt. cap. 17: ὥσπερ γὰρ οἱ τὸ πλουτήσειν ἀπεγνωκότες ἐν οὐδενὶ τίθενται τὰ μικρὰ δαπανήματα, μηδὲν οἰόμενοι ποιεῖν μέγα τὸ μικρὸν⟩ μικρῷ τινι προστιθέμενον, ... οὕτως ἐν τοῖς πρὸς ἀρετὴν πράγμασιν ὁ μὴ πολλὰ συγχωρῶν τῷ τί γὰρ τὸ παρὰ τοῦτο; . . . δῆλός ἐστιν ἤδη τι καθαρὸν κτώμενος ἑαυτῷ.

Alterum indicium stili Plutarchei repetimus a studio Plutarchi verba poetae quavis ratione ad res morales referendi. Quale exemplum est fragmentum 18: ‛ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος’. καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστὶν ἑορτὴ Πιθοίγια, καθ’ ἣν οὔτε οἰκέτην οὔτε μισθωτὸν εἴργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν, ἀλλὰ θύσαντας πᾶσι μεταδιδόναι τοῦ δώρου τοῦ Διονύσου. καλῶς οὖν εἴρηται δεῖν ἀρχομένου πίθου κορέσασθαι καὶ τῇ ἑορτῇ συμφώνως· δεῖ δὲ καὶ φειδοῦς ταμιευομένοις τὴν ἀπόλαυσιν, ὥστε καὶ εἰσαῦθις ἡμῖν γενέσθαι καὶ αὖθις· εἰ δὲ ἀπαναλωθέντος τοῦ πλείστου τὸ λειπόμενον ὀλίγον εἴη, χαλεπὴν εἶναι τὴν φειδώ· τότε γάρ, φησί, τάχα ἂν καὶ τραπείη καὶ ἄχρηστον γένοιτο τοῖς φεισαμένοις. τὸ μὲν οὖν ἀρχομένου κορέσασθαι παιδεύει πρὸς κοινωνίαν· τὸ δὲ μεσσόθι φείδεσθαι πρὸς οἰκονομίαν· τὸ δὲ χαλεπὴν εἶναι τὴν ἐν τῷ πυθμένι φειδὼ πρὸς ἀπόλαυσιν τῶν κατὰ καιρόν.

Porro complures loci a Scheerio (l. l. p. 9 sqq.) collecti ostendunt Plutarchum enixe operam dedisse ut Hesiodum defenderet ab opprobrio τοῦ ἀτόπου καὶ γελοίου. Velut dicit de

vit. pud. cap. 4: οὐ γελοῖον οὖν, ὡς φασί τινες, οὐδ’ ἀβέλτερον, ἀλλὰ σοφὸν τὸ τοῦ Ἡσιόδου

τὸν φιλέοντ’ ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ’ ἐχθρὸν ἐᾶσαι.

In quo igitur scholio hoc studium clare cernitur Plutarchum iure agnoscas. Ea de causa Scheerius (p. 10) Plutarcho recte attribuit scholium ad v. 311 (Gaisf.[1] 313 Goettl.):

. . . πλούτῳ δ’ ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ

adscriptum quod ita orditur:

μηδεὶς λοιδορείτω τὸν στίχον εἰς τὸν πολυάρατον πλοῦτον ὁρῶν, πόρρω τῆς ἀρετῆς ἐσκηνωμένον, ἀλλὰ πλοῦτον οἰέσθω νῦν λέγεσθαι τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων πορισθεῖσαν ἀφθονίαν τοῖς ἐργαζομένοις δικαίαν οὖσαν καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων πόνων ἠθροισμένην.

Nec silentio praetermittimus quod Plutarchus Chrysippum secutus praecipit de aud. poet. cap. 13[2], ut qui poetas considerate legere velit id quod hi unum pronuntient ad plura pertinere censeat. Huic consilio pareri cum videret in scholio ad v. 744 sq. (Gaisf. 746 sq. Goettl.):

μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη

adscripto, Patzigius (l. l. p. 27) hoc scholium probabiliter Plutarcho attribuit: οἱ μὲν ὅτι δεῖ τὰς οἰκίας πρὸ χειμῶνος συντελεῖν· ὁ γὰρ κρωγμὸς τῆς κορώνης χειμῶνος σύμβολον· οἱ δὲ ὅτι μὴ ἀτελῆ δεῖ[ν] τὸν οἶκον ἐᾶν, μὴ ψόγον ἐπαγάγῃ παρ’ ἄλλων, οὓς τῇ κορώνῃ ἀπείκασεν ὡς πολλὰ ἂν φθεγξαμένους, νεμεσῶντας ἐπὶ τῷ ἐλλειπεῖ. δεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα τὸ παράγγελμα διατείνειν καὶ μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἔργων ἀτελὲς περιορᾶν φερόμενον, ἀλλ’ ἑκάστῳ τὸ προσῆκον ἐπάγειν τέλος.

[1] Poet. min. graec. ed. Th. Gaisford vol. III.

[2] Τὴν δ’ ἐπὶ πλέον τῶν λεγομένων χρῆσιν ὑπέδειξεν ὀρθῶς ὁ Χρύσιππος, ὅτι δεῖ μετάγειν καὶ διαβιβάζειν ἐπὶ τὰ ὁμοειδῆ τὸ χρήσιμον. ὅ τε γὰρ Ἡσίοδος εἰπών·

οὐδ’ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ’, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη

καὶ περὶ κυνὸς ταὐτὸ καὶ περὶ ὄνου λέγει καὶ περὶ πάντων ὁμοίως τῶν ἀπολέσθαι δυναμένων. καὶ πάλιν τοῦ Εὐριπίδου λέγοντος·

τίς δ’ ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

ὑπακουστέον ὅτι καὶ περὶ πόνου καὶ νόσου τὰ αὐτὰ εἴρηκεν.

Denique saepe solet Plutarchus iudicia a se lata exemplis ex historiis petitis aut dictis virorum illustrium confirmare. Ea consuetudo, quae quam maxime propria Plutarchi est, luculenter repraesentatur fragmento 37 (Duebn.), ubi postquam necessitudines naturales potiores esse eis quae inter alienos homines exsisterent dixit, ita pergit: *καὶ ὀρθῶς ὁ Παναίτιος πολίτην αὐτὸν Ἀθηναίων ποιεῖσθαι σπευδόντων εἶπεν τῷ σώφρονι μίαν πόλιν ἀρκεῖν. καὶ ὁ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀρκάδα τὸν ξένον εἰπόντα πρὸς αὐτὸν ὅτι φιλολάκων οἴκοι καλοῖτο, ‘κάλλιόν τοι’, εἶπεν, ‘εἰ φιλόπολις ἐκαλοῦ μᾶλλον ἢ φιλολάκων’.*

Praeter haec indicia nimirum proprietas sermonis Plutarchei insignis non mediocriter adiuvat discernere aggredientem utrum Plutarcho scholium quoddam sit adiudicandum necne.

His potissimum de causis reliquiae commentarii Plutarchei quae Plutarchi nomen non prae se ferunt a viris doctis Plutarcho restitutae sunt; e quibus de nonnullis iam agemus.

Atque de scholio ex Tzetzae ad v. 169 (Gaisf.) adnotatione petito, quod Duebnerus altero loco posuit, prorsus consentimus cum Patzigio abiudicante hoc scholium a Plutarcho his de causis: ‘primum Plutarchus non ut is qui commentatus sit Hesiodum, sed ut scriptor illustris laudatur; deinde scholium illud primum compositum est ad Lycophronis v. 1204; tertium in Lycophronis scholio verus mythi pater nominatur Procopius (bell. Goth. IV 20); denique Francorum mentio satis monet ut cautio adhibeatur’.

Sequitur fragmentum 3: *λέγει δὲ ἐσθλοὺς οὐ τοὺς τῇ τύχῃ καὶ τῇ δυνάμει προέχοντας, ὥς φησι Πλούταρχος, ἀλλὰ τοὺς κατ᾽ ἀρετὴν προέχοντας, ἐκ τούτου μᾶλλον δεικνὺς τὴν ὕβριν ἀφόρητον. οἱ μὲν γὰρ ἐν δυνάμει καὶ σφόδρα δυσχεραίνουσιν ἐπὶ ταῖς ἐκ τῶν ἀσθενεστέρων εἰς αὐτοὺς ὕβρεσιν· οἱ δὲ κατ᾽ ἀρετὴν ζῶντες καὶ ταύτας τὰς ὕβρεις διαπτύουσιν. ‘οὐδὲ γὰρ χείρων ἐγώ’, φησὶν ὁ Σωκράτης, ‘ἂν ὁ δεῖνα ἐπὶ κόρρης με πατάξῃ ἀδίκως’.* Agitur autem de versibus 214 et 215 (Goettl.):

ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
ῥηιδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ᾽ ὑπ᾽ αὐτῆς.

Quos versus, ut Proclus quidem videtur testari, Plutarchus ita intellegebat ut Hesiodum existimaret superbiam dicere intolerabilem esse non solum homini *δειλῷ*, sed etiam *ἐσθλῷ*, h. e. bono virtuteque excellenti; eam enim vim vocem *ἐσθλός* ibi habere, non idem esse atque ‘dives vel potens’. Haec Plutarchi sententia erat, si quidem Procli verbis fidem habemus, sed prorsus illi contraria sunt quae sequuntur. Tantum enim abest ut boni quoque homines premi dicantur superbia eamque moleste ferre, ut eos contendatur eam contemnere, respuere, nihili facere, id quod confirmatur Socratis dicto in fine posito. Scholium igitur in duas discinditur partes, quarum altera prorsus dissentit ab altera. Quam difficultatem ita forsitan expediri velis ut posterior scholii pars Proclo tribuatur contra Plutarchum disputanti atque in eius initio quaedam intercidisse putentur talia fere: *ἀλλ᾽ ἐμοὶ ἄλλως δοκεῖ· οἱ μὲν γὰρ κ. τ. λ.* Attamen non omnibus numeris haec suspicio nobis satisfacit. Contra enim dicere licet quae verba in priore scholio Proclus de Plutarchi interpretatione faciat, ea non oblocuturi esse sed adstipulaturi; obloqui eum ita solere ut in fragm. 8 (Duebn.): *οὐκ ἀποδεκτέον τὸ ἱλαδόν, ὡς Πλούταρχος ἐξηγήσατο, τὸ πᾶσαν ἐγκολπίσασθαι κακίαν ὁμοῦ δηλοῦν.* Praeterea sententiam ipsam prorsus abhorrere a Plutarchi moribus atque ingenio, cum virtute excellentem non facile appellet qui iniuria quadam graviter commoveatur; quae in exemplo Socratis cernatur, eandem Plutarchum existimare virtutem [1], ideoque etiam ei tribuendum esse illud exemplum, praesertim cum dictis talibus virorum illustrium quae contenderit ipse confirmare valde ei familiare sit. Itaque coniectura subveniendum est scholio ita ut pars prior posteriori accommodetur in hunc modum: *λέγει δὲ ἐσθλοὺς [οὐ] τοὺς τῇ*

[1] Ita de cohib. ir. cap. 9 haec dicit: *τοὺς δ᾽ ἠπίους καὶ λείως ὁμιλοῦντας ὀργαῖς κάλλιστα μὲν ἀκούσματα, κάλλιστα δὲ θεάματα ποιούμενος ἄρχομαι καταφρονεῖν τῶν λεγόντων·*
ἄνδρ᾽ ἠδίκησας, ἄνδρ᾽ ἀνεκτέον τόδε;

τύχῃ καὶ τῇ δυνάμει προέχοντας . . . ἀλλ' ⟨οὐ⟩ τοὺς κατ' ἀρετὴν προέχοντας κ. τ. λ.

Fragmentum 9: *Ζήνων μὲν ὁ Στωικὸς ἐνήλλαττε τοὺς στίχους λέγων·*

οὗτος μὲν πανάριστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,

τῇ εὐπειθείᾳ τὰ πρωτεῖα διδούς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα. Ἀρίστιππος δὲ ἀπ' ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς ἔλεγε τὸ συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι τοῦ προσαιτεῖν. ὁ δὲ Ἡσίοδος τοῦ μέτρου μάλιστα τυγχάνει τρεῖς ἕξεις διελών, τὴν ἔμφρονα, τὴν ἀνόητον, τὴν μέσην· ὧν ἡ μὲν ἀρίστη καὶ τῷ θείῳ παραπλησία· καὶ γὰρ τὸ θεῖον αὔταρκες, ὥστε καὶ ὁ ἑαυτῷ πάντα νοῶν καὶ προορῶν ὅσα ἂν ᾖ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀμείνω. ἡ δὲ φευκτοτάτη τὸ μήθ' ἑαυτῷ δύνασθαι τὰ ὀρθὰ λογίζεσθαι μήτ' ἄλλοις ἕπεσθαι συμβούλοις ἐθέλειν· μέση δὲ τούτων ἡ τοῦ συνορατικοῦ μὲν τῶν ἀμεινόνων οὐκ οὖσα δύναμις, ἐπακολουθητικὴ δὲ τοῦ συνορῶντος

Patzigius inde a verbis *ὁ δὲ Ἡσίοδος* a Plutarcho alienum censet, neque quin Proclo adiudicandum sit dubitat (p. 24). Vellemus profecto causam addidisset huius iudicii, quod nobis quidem temere factum videtur. Neque enim veri est simile Plutarchum commemorata Hesiodi correctura illa, qua Zeno quid melius Hesiodus dicturus fuerit indicare volebat, addidisse contrarium Aristippi iudicium neque quid ipse de ea re sentiret pronuntiasse, praesertim cum popularis sui sententias non solum explicare, sed etiam defendere studeat. Si autem Zenonem iam apud Plutarchum refutatum invenit Proclus, vix credibile est eum maluisse propriam illi refellendo operam impendere quam exscribere plenam adnotationem Plutarchi. Praeterea nihil prorsus in scholio invenimus quod a Plutarchi ratione alienum sit.

Ex fragmento 20 nos quoque sicut Patzigius verba tantum inde a *μήποτε* ad *λεγόμενον* Plutarcho damus. Nam verbis quae praecedunt: '*μουνογενὴς δὲ πάις σώζοι πατρώιον οἶκον φερβέμεν*'. *δόξειεν ἂν ἄτοπος ὁ στίχος εἶναι καὶ ἀγανακτοῦντος ὅτι γέγονεν οὐ μόνος τῷ πατρί* difficultas proponitur quae deinde Plutarchi ratione expeditur. Neque a Wyttenbachio ideo adduntur

quod Plutarchi sint, sed ne quo huius interpretatio spectet desideretur. Praeterea duas versus interpretationes scholium exhibet, quarum una diserte Plutarcho addicta: *μήποτε, φησὶν ὁ Πλούταρχος, καὶ Πλάτων ἕπεται τῷ Ἡσιόδῳ καὶ Ξενοκράτης καὶ Λυκοῦργος πρὸ τούτων· οἳ πάντες ᾤοντο δεῖν ἕνα κληρονόμον καταλιπεῖν· καὶ τοῦτο ἦν τὸ ὑπὸ Ἡσιόδου λεγόμενον* Hesiodus de uno herede, non de uno omnino cogitasse filio putatur. Hanc explicationem postquam se probare Plutarchus verbis *καὶ τοῦτο ἦν τὸ ὑπὸ Ἡσιόδου λεγόμενον* professus est, alteram eum eamque discrepantem huic interpretationem [1] ita adnexuisse ut hanc quoque probabilem verbis *δοκεῖ δὲ* significaret plane incredibile est. Iusta quidem ratione duae deinceps interpretationes proferuntur in fragm. 28: *τῶν λιμωττόντων τοὺς πόδας φησὶ παχύνεσθαι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα λεπτύνεσθαι. καὶ εἷς νόμος ἦν Ἐφεσίων μὴ ἐξεῖναι πατρὶ παῖδας ἀποθέσθαι, ἕως ἂν διὰ λιμὸν παχυνθῇ τοὺς πόδας. ἴσως δὲ καὶ τὴν ἀπὸ καθίσεως καὶ ἀργίας πάχυνσιν δηλοῖ τῶν πόδων.* Accedit quod illa interpretatio altera lectionem falsam *σώζοι* pro *εἴη* exhibet, quam Plutarchus vix ante oculos habuit.

Dissentimus a Patzigio fragmentum 18 tantummodo 'colorem e Plutarcho traxisse' statuente (p. 24). Hoc enim facile nobis concesseris scholium sicut nunc exstet (cf. p. 16) absolutum in se ac plane perfectum esse sententiasque iusto tenore inter se excipere neque quidquam legi quod abesse malis. Tum vero sententia in fine collocata manifesto prodit manum Plutarchi, cuius erat consuetudo e poetarum verbis assumere quae ad mores emendandos valerent. Hac autem sententia extrema quoniam colliguntur quodammodo et comprehenduntur quae praecedunt, ea quoque omnia sicut leguntur Plutarcho dare non est dubitandum. *Πατρίοις* quidem Plutarchus de festo Atheni-

[1] *Δοκεῖ δὲ ἡ λέξις εὐχομένου εἶναι καὶ οὐ συμβουλεύοντος· τὸ γὰρ σώζοι πατρώιον οἶκον εὐκτικόν ἐστιν· ὥστε εἶναι τὸν λόγον, εἰ καὶ μὴ πλείους εἶεν παῖδες, ἀλλὰ μονογενής· οὗτός γε σώζοι τὸν οἶκον. τὸ δὲ ἑπόμενον στιχίδιον ἔτι μᾶλλον λύει τὴν διαβολήν.*

ensium certe non scripsit (scripsit fortasse *ἐν τοῖς τῶν Ἀθηναίων πατρίοις*); sed etiam Boeotorum eundem diem festum, quem *Ἀγαθοῦ δαίμονος* appellabant[1], Plutarchum antea commemoravisse verisimile est, et quidem ante Atheniensium *Πιθοίγια*; quod eo magis par est putare quod aliter particula *καί* in primo scholio non habet quo referatur. Nec silentio praetermittimus quod hoc fragmentum commune habet cum fragm. 9, disputandi ordinem dicimus tripartitum. Totum denique scholium quasi tacita refutatio est eorum qui hunc versum vituperabant[2], quibus hic praeceptum morale eo comprehensum Plutarchus monstrat.

De fragmento 28 censemus parti priori: *τῶν λιμοκτόνων τοὺς πόδας φησὶ παχύνεσθαι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα λεπτύνεσθαι. καὶ εἷς νόμος ἦν Ἐφεσίων μὴ ἐξεῖναι πατρὶ παῖδας ἀποθέσθαι, ἕως ἂν διὰ λιμὸν παχυνθῇ τοὺς πόδας. ἴσως δὲ καὶ τὴν ἀπο καθίσεως καὶ ἀργίας πάχυνσιν δηλοῖ τῶν ποδῶν· γίνεται γὰρ τοῦτο τοῖς ἐπὶ πολὺ καθημένοις. ἐὰν οὖν ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς οἴκοις ἀργὸς καθιζάνῃς, λεπτῇ χειρὶ διὰ λιμὸν τοὺς παχεῖς ὄντας πόδας πιέσεις* immixta esse Plutarchea, mere Plutarchea esse quae deinceps sequuntur. Verba enim *ἐὰν . . . πιέσεις*, e quibus in transcursu dicimus *διὰ λιμὸν* tolli oportere, cum ibi agatur de altera causa qua pedes crassi fieri dicuntur: assidue videlicet sedendo, non fame — haec igitur verba nihil sunt nisi frigida proximae sententiae repetitio ac vix a Plutarcho profecta. Sed quod exemplum ex historiis petitum in primo scholio legitur Plutarchi esse videtur, praesertim cum insit in eo eadem explicatio crassitudinis pedum quae postea haud dubie ab ipso Plutarcho datur: *ἔοικε δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς λιμοῖς πάχυνσις εἶναι κατὰ φύσιν, ὡς ὁ Πλούταρχος. δεῖται γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θερμόν, ἵνα μένῃ, τῆς ἔξωθεν τροφῆς, ἣν οὐ δεχόμενον δαπανᾷ τὸ σῶμα καὶ αὐτοῦ τι ἀποσπᾷ· δι' ἀσθένειαν δὲ ἀδυνατοῦν ἀλλοιῶσαι τὸ ἀποσπώμενον ἄπεπτον ὂν ἀφίησι· καὶ αὐτὸ μὲν τὰ μέσα καὶ τὰ ἄνω λεπτύνει τοῦ σώματος, ἐν οἷς ἐστι τὸ πλεῖον· ἐκεῖνο δ' ἄρα τὸ ἄπεπτον εἰς τὸ κάτω φέρεται καὶ οὕτω δὴ παχύνει τοὺς πόδας.*

[1] Cf. quaest. conv. VIII 10, 3, 6: *καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡμεῖς μὲν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, Ἀθηναῖοι δὲ Πιθοίγια προσαγορεύουσι.*

[2] Cf. quaest. conv. VII 3, 1: *Ἀλέξιον ὁ πενθερὸς κατεγέλα τοῦ Ἡσιόδου παραινοῦντος ἀρχομένου πίθου καὶ λήγοντος ἐμφορεῖσθαι, μεσσόθι δὲ φείδεσθαι, ὅπου τὸ χρηστότατον οἰνάριόν ἐστιν. 'τίς γάρ', ἔφη, 'οὐκ οἶδεν ὅτι τοῦ μὲν οἴνου τὸ μέσον γίνεται βέλτιστον, τοῦ δ' ἐλαίου τὸ ἀνωτάτω, τὸ δὲ κατωτάτω τοῦ μέλιτος; ὁ δ' ἐᾶν ἐκέλευε τὸν ἐν μέσῳ οἶνον καὶ περιμένειν, ἄχρι ἂν μεταβάλῃ πρὸς τὸ χεῖρον, ἀποδεοῦς τοῦ πίθου γενομένου'.*

Atque tantum quidem de Plutarchi commentarii fragmentis in editione Didotiana collectis; nunc reliquias alias ab aliis viris doctis exploratas et hic illic prolatas in disceptationem vocemus.

Wyttenbachius igitur praeter ea quae in editionem suam recepit fragmenta in scholio ad versum quem Gaisfordius numerat 121 (122 Goettl.):

τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς

adscripto verba *Ὅμηρος δὲ δαίμονας τοὺς ἀνθρώπους οὐ καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς θεούς. Ἡσίοδος δ'*[1] *εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν λογικὴν πᾶσαν φύσιν, τὴν μὲν πρώτην θεῶν, τὴν δὲ δευτέραν δαιμόνων, τὴν δὲ τρίτην ἡρώων καὶ τὴν τετάρτην ἀνθρώπων* Plutarchea esse iudicat. Recte, opinor; nam compar est quem affert locus de def. orac. cap. 10: *Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεούς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς κἀγαθούς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους.*

Deinde considerandum est scholium ad v. 334 (Gaisf.):

κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν

adnotatum, quod, ut est prolixum, exscribimus: *τὸ μὲν θύειν, ὅπερ εἰώθασιν οἱ νεώτεροι λέγειν, ἔρδειν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ καὶ ῥέζειν. τὸ δ' ἀπέρχεσθαι τῶν παρόντων διὰ τοῦ θύειν ἐδήλουν καὶ θυηλὰς τὰς ἀπαρχὰς ἐκάλουν.*

ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς,

φησὶν Ὅμηρος. ἀμφοτέρων οὖν ὁ Ἡσίοδος κελεύει λιπαρῶς ἀντέχεσθαι, κατὰ δύναμίν τε ἱερὰ ῥέζοντας ἀφ' ὧν εὐποροῦμεν ἁγνῶς καὶ καθαρῶς καὶ θύεσι καὶ σπονδαῖς ἱλασκομένους τοὺς θεοὺς

[1] Ita Wyttenbachius verissime coniecit pro *οὕτως δὲ*. Cf. animadversiones in Plutarchi opera moralia, tom. 3 p. 225.

ἀρχομένης ἡμέρας (τοῦτο γὰρ τὸ ὅτ᾽ ἂν φάος ἱερὸν ἔλθῃ) καὶ εἰς ὕπνον τρεπομένους νυκτὸς ἐπιούσης. τὸ μὲν οὖν κατὰ δύναμιν ἔρδειν ἀφαιρεῖται πᾶσαν τὴν πολυτέλειαν ἐπὶ τῇ προφάσει τῆς εὐσεβείας ἡδυπάθειαν εἰσάγουσαν. καλῶς οὖν τοῦ Λάκωνος εἰπόντος, ὃς ἐρωτηθεὶς διὰ τί εὐτελῆ θύουσιν ἔφη· ʻὅτι ἵνα πολλάκις θύωσιʼ. οὕτω γὰρ καὶ Νοῦμας Ῥωμαίοις ὡς Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις προσέταξεν ἀπὸ τῶν εὐτελεστάτων θύειν. τὸ γοῦν μὴ ὑπερβάλλειν τὴν περιουσίαν ἐν τῇ θεραπείᾳ τῶν θεῶν πρεπωδέστατόν ἐστι παράγγελμα τοῖς εἰς αὐτὸ μόνον βλέπουσι τὸ ὅσιον. τὴν δ᾽ ἁγνείαν καὶ καθαρότητα μάλιστα προηγουμένως δεῖ σπουδάζειν τοῖς ἱερουργεῖν μέλλουσι, τὴν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ ζωῇ· τοιαύτη δέ ἐστιν ὅση ἂν ἐξάντης ᾖ πάσης ἀσελγείας, πάσης ἀδικίας, πάσης ἐμπαθείας, ταύτην γὰρ ἂν εἴποιμεν κυρίως ἁγνεύειν· καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἀποχὴν τῶν βροτῶν καὶ τῶν ποτῶν κατὰ τὰ πάτρια ἔθη· καὶ γὰρ ἄλλα ἄλλοις ἐστὶν ὧν ὁ μετασχὼν εἴργεται τῶν νομίμων θυσιῶν· τὴν δὲ ἐν τοῖς ὀργάνοις πᾶσι καὶ τοῖς ἱεροῖς τόποις ἐν οἷς δεῖ θύειν καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν κόσμοις. γελοῖον γὰρ τοῖς καθαρωτάτοις προσιόντας, οἷς θύουσιν, ἀκαθάρτοις χρῆσθαί τισιν, ἢ ἐν τοῖς μεμολυσμένοις οἴκοις τοῦτο πράττοντας ἢ μοῖραν τῷ ἱερῷ προσάγοντας ἔκ τινος μεμιασμένης ἐνεργείας ἢ ἐσθῆτα φέροντας ἀκάθαρτον, ὅπου γε καὶ τῷ πάντα καθαίροντι πυρὶ παρήγγελται χρῆσθαι μὴ ἐξ ἀκαθάρτου οἰκίας ληφθέντι. τὸ αὖ ἱλάσκεσθαι τοὺς θεοὺς ταῖς ἀπαραλήπτοις σπονδαῖς καὶ τοῖς μετὰ τούτων θύεσι ἀρχομένης ἡμέρας ἢ νυκτός, οἷον ψαιστοῖς ἢ ἄλλοις τισὶ τούτοις, ἐνδείκνυται· καὶ ὅτι χρὴ ταῖς τοιαύταις ἀπαρχαῖς τοῖς εὐπορίστοις ἀπάρχεσθαι τῶν προσόδων αὐτοῖς, διὰ τῆς συνεχείας τηροῦντας αὐτῶν τὸ πρὸς ἡμᾶς εὐμενές· ἡ γὰρ ἱλέωσις οὐκ ἐκείνοις προστίθησιν ἃ μὴ εἶχον, ἀλλ᾽ ἡμᾶς ἐπιτηδειοτέρους ποιήσει πρὸς τὸ μενόντων αὐτῶν ἀεὶ τούτων οἷοίπερ εἰσὶ μετέχειν ἀκωλύτως· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ εὐμενές, τὸ μένειν ἡμῖν τὸ εὖ ἀεὶ παρὰ τῶν θεῶν, καὶ ὡς ἐκεῖνοι διαμένουσιν ἀεὶ ὅμοιοι ὄντες. De hoc scholio Wyttenbachius (l. l. II p. 317) ʻmanifestoʼ, inquit, ʻPlutarcheum est, nescio quomodo in nostra collectione omissum.ʼ Ad hoc iudicium, quod, ut credimus, recte

fecit, adductus est eis potissimum quae de Lycurgo et Numa narrata invenit in scholio: quae eadem exstant in vit. Lyc. cap. 19 [1] et in vita Num. cap. 8 [2]. Sed etiam in reliquis vestigia Plutarchi animadvertuntur. Sic ἔρδειν et ῥέζειν iuxta ponuntur etiam in quaest. conv. VIII 8, 3, ubi haec leguntur: ἔρδειν μὲν ἐκάλουν καὶ ῥέζειν (scil. οἱ παλαιοὶ τὸ καλλιερεύειν). Porro de Is. et Osir. cap. 2 laudantur βρωμάτων πολλῶν ἀποχαί. Atque ad deos, qui puri sint, sacrificantes ab omni parte puri accedere iubentur item in fragm. 42 (Duebn.) his verbis: πολλὰ γὰρ αἱ χεῖρες τῶν ἀναγκαίων μέν, ἀκαθάρτων δὲ ποιοῦσιν· εἰς οὖν πρὸς τὸ θεῖον ἐνέργειαν δέονται καθάρσεως, διότι τὸ θεῖον καθαρόν. δεῖ δὲ τὸ ὅμοιον αὐτοῖς ὑπηρετεῖν· μὴ σπένδειν οὖν μὴ προκαθάραντας τὰς χεῖρας· πολλῷ ἄρα μᾶλλον τῷ ὅλῳ σώματι δεῖ καθαροὺς [3] πράττειν τὰ πρὸς θεούς· ἐκ γὰρ ἀκαθάρτων τῶν ὀργάνων εἰ τιμῴημεν αὐτούς, ἀποπτύουσιν ἡμῶν τὰς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἀράς.

In scholio versus 742 (Gaisf.):

μηδέ ποτ᾽ οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν

Wyttenbachio reliquiae nonnullae commentarii Plutarchei inesse videbantur (cf. l. l. I p. 192), nos totum Plutarcho tribuendum esse censemus: πολλὰ τοιαῦτα καὶ τοῖς Πυθαγορείοις ἐλέγετο ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν καὶ χελιδόνα μὴ εἰσδέχεσθαι καὶ μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκαλεύειν· συμβολικῶς παραινοῦσι [4] τῶν ὀργιζομένων μὴ ἐπεγείρειν διὰ λόγων παροξυντικῶν τὸ πάθος καὶ φλυάρους μὴ εἰσάγειν εἰς τὸν οἶκον καὶ λάλους καὶ μὴ δεῖν τὸ δίκαιον ὑπερβαίνειν. τοιοῦτον οὖν καὶ τὸ ἐπιτιθέναι τῷ κρατῆρι τὴν οἰνοχόην συμβολικὸν παίδευμα· τουτέστι μὴ ἐπίπροσθεν ἄγειν τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον. ὁ μὲν γὰρ κρατὴρ προύκειτο κοινὸς ἐν

[1] Καὶ τὸ περὶ τῶν θυσιῶν πρὸς τὸν πυθόμενον διὰ τί μικρὰς οὕτω καὶ εὐτελεῖς ἔταξεν ʻἵνα μή ποτʼ, ἔφη, ʻτιμῶντες τὸ θεῖον διαλίπωμενʼ.

[2] Κομιδῇ δὲ καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἔχεται τῆς Πυθαγορικῆς ἁγιστείας· ἀναίμακτοι γὰρ ἦσαν, αἵ γε πολλαὶ δι᾽ ἀλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν εὐτελεστάτων πεποιημέναι.

[3] Ita scribendum videtur pro καθαρῶς.

[4] Hoc Heinsius (apud Gaisf.) recte coniecit pro παραινοῦντας.

ταῖς τραπέζαις· ἐκ δὲ τῆς οἰνοχόης ἀρυόμενοι ἔπινον οἱ συνδειπνοῦντες. μήτ' οὖν τὸ μέρος νομίζειν τοῦ ὅλου ὑπέρτερον μήτε τὸ ἴδιον τοῦ κοινοῦ προτιμότερον· χαλεπὴν γὰρ εἶναι τὴν ἐπ' αὐτῷ μοῖραν ὡς ἑπομένην ἔχοντι ποινὴν ἀπὸ τοῦ παντός, ἐν ᾧ τὰ ὅλα τῶν μερῶν ἐθέλει κρατεῖν. Dicta autem quae hic enumerantur Pythagorea a Plutarcho prolata esse veri est simillimum; nam saepius symbolorum Pythagoreorum mentionem inicit, velut dicit in quaest. rom. cap. 72: *καθάπερ οἱ Πυθαγορικοὶ μικρὰ μεγάλων ἐποιοῦντο σύμβολα, κωλύοντες ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι καὶ πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, οὕτως οἱ παλαιοὶ πολλοῖς αἰνίγμασιν ἐχρῶντο* et de Is. et Osir. cap. 10: *τῶν γὰρ καλουμένων γραμμάτων τῶν ἱερογλυφικῶν οὐδὲν ἀπολείπει τὰ πολλὰ τῶν Πυθαγορικῶν παραγγελμάτων, οἷόν ἐστι τὸ μὴ ἐσθίειν ἐπὶ δίφρου μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι μηδὲ φοίνικα φυτεύειν μηδὲ πῦρ μαχαίρῃ σκαλεύειν ἐν τῇ οἰκίᾳ.* Neque illud nobis dubitationem movet quod in quaest. conv. VIII 7, 2 Plutarchus quodammodo reicit[1] interpretationem quae est in scholio praecepti *χελιδόνα μὴ εἰσδέχεσθαι*, qua ut garrulos arceamus a nobis suaderi dicitur. Saepius enim Plutarchum sibi non constitisse in interpretando infra videbimus. Dein quae cogitatio physica in extremo scholio pronuntiatur *ἐν τῷ παντὶ τὰ ὅλα τῶν μερῶν κρατεῖν*, ea rursus occurrit de def. orac. cap. 27, ubi legitur: *καὶ γὰρ . . ἐκεῖνος ἄτοπος ἔσται ἀγανακτῶν, εἰ τὰ ὅλα τοῖς αὑτῶν μέρεσι χρῆται.* Haec duo sufficere putamus ad demonstrandam originem scholii Plutarcheam.

Gaisfordius deinde Lacedaemonii dictum quod ad versum 450 (Gaisf.):

ῥηίδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν· βόε δὸς καὶ ἄμαξαν

adscriptum legitur: *ὃ καὶ ὁ Λάκων τὴν κυνῆν αἰτούμενος εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὸν αἰτοῦντα· 'εἰ μὲν εὐδία, ἔσται καί σοι ἄχρηστος· εἰ δὲ χειμών, καὶ ἐμοὶ χρήσιμος'* recte statuit Plutarcho deberi.

[1] *Καὶ γὰρ ᾧ μόνῳ τινὲς τῶν παλαιῶν ᾤοντο λύειν τὸ σύμβολον, ὡς πρὸς τοὺς διαβόλους καὶ ψιθύρους τῶν συνήθων ᾐνιγμένον, οὐδ' αὐτὸς ὁ Λεύκιος ἐδοκίμαζεν· ψιθυρισμοῦ μὲν γὰρ ἥκιστα χελιδόνι μέτεστι, λαλιᾶς δὲ καὶ πολυφωνίας οὐ μᾶλλον ἢ κίτταις καὶ πέρδιξι καὶ ἀλεκτορίσιν.*

Talia enim apophtegmata Plutarchus in deliciis habebat, eaque inprimis Laconum, velut Laconem induxit virt. doc. poss. cap. 2: *καὶ ὁ Λάκων ἐρωτηθεὶς τί παρέχει παιδαγωγῶν 'τὰ καλά', ἔφη, 'τοῖς παισὶν ἡδέα ποιῶ'* et de frat. am. cap. 8: *ὁ μὲν οὖν Λάκων μικρὰν γυναῖκα γήμας ἔφη τὰ ἐλάχιστα δεῖν αἱρεῖσθαι τῶν κακῶν.* Illud vero Laconis in scholio dictum cum arte cohaereat et cum sententiis antecedentibus: *τούτων τὸ μὲν ἀβούτης εἴποι ἂν αἰτῶν βόας, ἵν' ἀροτριάσῃ, τοῦ καιροῦ καλοῦντος· τὸ δὲ ὁ εὐπορῶν βοῶν ἀποκρίνοιτο ἄν, ὅτι καὶ οἱ παρ' αὐτῷ βόες ἔργα ἔχουσι καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν αἰτούμενος δοίη* et cum eis quae sequuntur: *καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν βοῶν ἐρεῖ ταὐτὸν ὁ αἰτηθείς· 'εἰ μὲν μὴ καιρὸς τοῦ ἀροῦν, καὶ σοὶ ἄχρηστοι· εἰ δὲ καιρός, κἀμοὶ χρήσιμοι'*, utraque Plutarcho danda videntur esse.

Neque minus recte Heinsius (apud Gaisf.) interpretationem verbi *αἰνεῖν* ad v. 640 (Gaisf.):

νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι

adscriptam *αἰνεῖν δέ τινες παραιτεῖσθαι παρέλαβον, ὥσπερ 'ἐπαίνην Περσεφόνειαν'* Plutarcho tribuit loco simili adhibito qui est de aud. poet. cap. 6: *τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν* (scil. in hoc ipso versu)· *αὐτῷ δὲ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται . . . οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοί φασιν ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι.*

Tum Scheerius (l. l. p. 14) Plutarcheum esse iudicat scholium versus 263 (Gaisf.):

οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

δαιμονίως ἀνεφθέγξατο ταῦτα τὰ ἔπη καὶ σωφρονιστικῶς. εἰ γὰρ εἰδείημεν ἑαυτοὺς μείζονα βλάψαντες ἐξ ὧν ἄλλους βλάπτειν ἐπιχειροῦμεν, ἀφεξόμεθα τοῦ βλάπτειν· οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν ἂν ἑαυτὸν βλάψειε· ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν ἁλισκόμεθα τῷ κακῷ τούτῳ καὶ οἰόμενοι ὠφελεῖν ἑαυτοὺς βλαπτόμεθα ὑφ' ἑαυτῶν καὶ μείζω τῷ βλάπτειν ἄλλους ἑαυτοὺς βλάπτομεν· εἰς χρήματα μὲν γάρ, εἰ τύχοι, ζημιοῦμεν ἐκείνους, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς εἰς τὸ κυριώτατον, τὴν ψυχήν· τὸ γὰρ ἀδικοῦν αὐτή ἐστιν, ὁ δὲ βλαπτόμενος ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀδικεῖται. εἰκότως ἄρα φησὶν ἑαυτῷ κακὰ

τεύχειν τῷ ἄλλῳ κατασκευάζοντα κακὸν καὶ τὸν κακῶς περὶ ἄλλου βουλευόμενον ἑαυτῷ γίγνεσθαι πρόξενον κακοῦ μείζονος· καὶ γὰρ μὴ συντελεσθεῖσα μὲν ἡ βουλὴ τὸν βουλευσάμενον ἀνιᾷ πικρῶς, συντελεσθεῖσα δὲ λωβᾶται μειζόνως. τὸ γὰρ κακοποιεῖν μεῖζον τοῦ πάσχειν τὰ κακὰ πάντως κακόν· ὡς καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ πάσχοντος εὖ. Postremo enim enuntiato locum similem invenit de aud. poet. cap. 14:

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη

ταὐτόν ἐστι τοῖς Πλάτωνος ἐν Γοργίᾳ καὶ Πολιτείᾳ δόγμασι περὶ τοῦ ʻτὸ ἀδικεῖν κάκιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαιʼ καὶ ʻτοῦ κακῶς πάσχειν τὸ ποιεῖν κακῶς βλαβερώτερονʼ. Attamen caute res est agenda. Illam enim Platonis in scholio sententiam perbene Proclus ipse gnarus quam maxime Platonis philosophi adnotavisse potest. Neque in reliquis insunt quae manifesto Plutarchum auctorem prodant. *Δαιμονίως* quidem ita usurpatum legitur in quaest. conv. V 7, 6: *τῇ δὲ λέξει δαιμονίως λέγειν καὶ μεγαλοπρεπῶς*, et vocabulum *τὰ ἐκτὸς* eodem quo in scholio sensu praeditum invenitur de virt. et vit. cap. 6, ubi verbis

μήποτε δῶρα
δέξηται παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ᾽ ἀποπέμπειν

Hesiodus Plutarcho *τὰ τυχηρὰ καὶ τὰ ἐκτὸς λέγειν* videtur. Sed haec indicia leviora sunt quam ut eis freti scholium Plutarcho confidenter restituere audeamus.

Deinde afferendum est scholium versus 311 (Gaisf.):

πλούτῳ δ᾽ ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

μηδεὶς λοιδορείτω τὸν στίχον εἰς τὸν πολυάρατον πλοῦτον ὁρῶν πόρρω τῆς ἀρετῆς ἐσκηνωμένον, ἀλλὰ πλοῦτον οἰέσθω νῦν λέγεσθαι τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων πορισθεῖσαν ἀφθονίαν τοῖς ἐργαζομένοις δικαίαν οὖσαν καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων πόνων ἠθροισμένην· εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐκ τῶν ἔργων τοὺς ἀνθρώπους γίγνεσθαι πολυμήλους καὶ ἀφθόνους καὶ ἀφνειούς. τῷ δὲ τοιούτῳ πλούτῳ ἕπεσθαι πάντως ἀνάγκη τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν δόξαν· ἕπεσθαι δὲ οὐχ ὡς παρακολουθήματα ὄντα ταῦτα τῆς εὐπορίας, ἀλλ᾽ ὡς συνυπάρχοντα τῷ τοιούτῳ πλούτῳ καὶ ὡς παντὸς ὃς ἂν οὕτω πλουτῇ καὶ δόξαν ἀγαθὴν κεκτημένου καὶ

δηλοῦντος ὅτι ἀρετὴν ἔχει, δι᾽ ἣν προσκαρτερεῖ τοῖς οἰκείοις ἔργοις. Quod Plutarcho Scheerius tribuit (l. l. p. 10), quia in illo cernatur consuetudo Plutarchi poetam popularem a cavillationibus grammaticorum rhetorumque defendendi. Hoc recte statuit. Neque ideo dissentiendum est quod Plutarchus alibi (de aud. poet. cap. 6 extr.) aliam huius versus interpretationem dedit; id enim saepius eum fecisse postea intellegetur. Ibidem loco paulo superiore quae leguntur *εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα* non inepte comparari possunt cum scholii verbis *πλοῦτον οἰέσθω νῦν λέγεσθαι.*

Denique ex scholio ad v. 740 sq. (Gaisf.):

μηδ᾽ ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωπι σιδήρῳ

verba *παρακελεύεται τοίνυν μὴ ἐν εὐωχίαις θεῶν τέμνειν τοὺς ὄνυχας· τέμνοντας γὰρ πρότερον καὶ κεκαθαρμένους ‹δεῖ›*[1] *τῇ ἑορτῇ παραβάλλειν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν αὐταῖς τοῦτο ποιεῖν* Plutarcho idem restituit (p. 18) apte cum eis comparans de Is. et Osir. cap. 4: *καὶ γὰρ τὸν Ἡσίοδον οἴεσθαι δεῖ λέγοντα·*

μηδ᾽ ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωπι σιδήρῳ

διδάσκειν ὅτι δεῖ καθαροὺς τῶν τοιούτων γενομένους ἑορτάζειν, οὐκ ἐν αὐταῖς ταῖς ἱερουργίαις χρῆσθαι καθάρσει καὶ ἀφαιρέσει τῶν περιττωμάτων. Utrobique enim praecipitur ut, antequam quis rem divinam obeat, ungues resecet, cum Hesiodus nonnisi inter sacra hoc fieri vetet. Si autem hanc scholii sententiam Plutarcheam iudicamus, etiam quae sequuntur Plutarcho danda esse apparet: *καὶ γὰρ τρόπον τινὰ νέκρωσίς ἐστι τῶν ἐν ἡμῖν μορίων τοῦτο, ἀφαιροῦν [τος]*[2] *αὐτὰ τοῦ σώματος ὡς συμπεφυκότα τούτῳ καὶ συνυπάρχοντα ᾧ τρέφεται. χρὴ οὖν, εἰ μὴ ταῦτα προαποθήσεις τοῦ λοιποῦ σώματος πρότερον, τουτέστιν ἐκτμηθέντα ποιήσεις, ἐν ταῖς τῶν ἄσβεστον ἐχόντων ζωὴν θεῶν εὐωχίαις μὴ ἀποστερεῖν ταῦτα ζωῆς· ἀλλότριον γὰρ ἐκείνων τὸ τοιοῦτον.*

---

[1] Ita scribimus Gaisfordium secuti (cf. adn. ad. h. l.)
[2] Fortasse ita emendandum.

Patzigius (l. l. p. 25 sqq.) Plutarcho haec ex Procli scholiis adscribit:

Scholium ad v. 198 sqq. (Gaisf.):

καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
λευκοῖσι φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ᾽ ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
θνητοῖς ἀνθρώποισι·

τουτέστι τὸ τῶν κακῶν ἔσχατον· ἀναιδείας γὰρ κρατησάσης καὶ φθόνου τῶν ἀνθρώπων πάντη τὸ γένος ἡμῶν ἀπολιπεῖν αἰδῶ καὶ νέμεσιν· τούτων γὰρ ἀπόπτωσίς ἐστιν ἡ ἀναίδεια καὶ ὁ φθόνος. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν εἴδωλον ὢν νεμέσεως· δοκεῖ γὰρ αὐτὸς ἐπὶ τοῖς παρ᾽ ἀξίαν εὐτυχοῦσιν. ἡ δὲ ἀναίδεια οὐχὶ εἴδωλον τῆς αἰδοῦς, ἀλλὰ τὸ ἐναντιώτατον πρὸς αὐτήν, ὑποκρινόμενον τὴν παρρησίαν. εἰ δὲ λευκὰ τὰ φάρη τῆς αἰδοῦς καὶ νεμέσεως, ἐν φωτὶ μὲν αὐταῖν ἡ ὑπόστασις, νοεραὶ δὲ αἱ δυνάμεις. πόρρω δέ εἰσι τῆς ἀθέου καὶ σκοτώδους τῶν παθῶν οὐσίας· διὸ τὴν μὲν αἰδῶ θεῖον φόβον ὑμνοῦσιν, τὴν δὲ νέμεσιν δίκης ἄγγελον. καλῶς οὖν καὶ Πλάτων ἐρωτηθεὶς τί ποτε προσγέγονε τοῖς κατ᾽ αὐτὸν ἀνθρώποις ἀπεκρίνατο μὴ αἰσχύνεσθαι κακοὺς ὄντας. ὅτι δὲ θεῖον πρᾶγμα καὶ ἡ νέμεσις δηλοῖ τὸ καὶ θεοῖς αὐτὴν ὑπάρχειν. Id quidem scholium non ita fidenter Plutarcho tribuit. Allegat autem de virt. mor. cap. 12, ubi leguntur verba *καὶ ἡ νέμεσις ἐπὶ τοὺς παρ᾽ ἀξίαν εὐτυχοῦντας.* Haec verba, quae fere eadem in scholio sunt, nostro iudicio satis ostendunt Plutarchi partem esse scholii. Sed verba *εἰ δὲ λευκὰ . . . . παθῶν οὐσίας* abstrusam Procli sapientiam videntur redolere.

Scholium ad v. 238 (Gaisf.):

πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα.

τοῦτο δοκεῖ μὲν οὐκ εἶναι κατὰ δίκην τὸ ἑνὸς ἕνεκα πονηροῦ πόλιν ὅλην διδόναι ποινήν. δύναται δὲ λέγειν ὅτι μοχθηροῦ ἑνὸς ὄντος ὥσπερ νοσήματος ἡ πόλις παραπολαύουσα πολλάκις εἰς ὅλην ἑαυτὴν ἀναμάττεται τὴν πονηρίαν ἐξομοιουμένη τῷ ἑνί. δύναται δὲ κἀκεῖνο σημαίνειν ὅτι ἑνὸς ὄντος πονηροῦ δίδωσιν

ἡ πᾶσα πόλις δίκην, ὡς ἐξὸν κωλύειν μὴ κωλύουσα τὴν τοῦ ἑνὸς πονηρίαν. οὕτω καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος αὐθαδῶς τῷ ἱερεῖ προσενεχθέντος εἰς πάντας Ἕλληνας διέτεινεν ὁ λοιμός, ὡς παρέντας βοηθῆσαι τῷ ἱερεῖ· καὶ τοῦ Αἴαντος ἀσεβήσαντος περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν πάντες ἔνοχοι τῇ δίκῃ γεγόνασιν, ὡς μὴ ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τῷ ἀσεβήματι. δεῖ γὰρ μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ὑβρισταῖς μηδὲ συνεπινεύειν τοῖς ἀδίκοις, δυναμένους μὲν παῦσαι, περιορῶντας δὲ τοῦ παῦσαι τὴν ἐξουσίαν τῶν πονηρῶν, quod nos Plutarcho adscripseramus, prius quam a Patzigio recuperatum cognovissemus, is propter exempla Homerica et ea quae Tzetzes ad eundem locum affert (apud Gaisf.) Plutarchi esse censet. Atque illud quidem recte iudicavit; ex nullo enim scriptore saepius exempla repetere Plutarchum quam ex Homero quaevis fere illius librorum pagina docet. Sed quae Tzetzes habet: *ἔχεις παράδειγμα τὸν Πάριν Ἀλέξανδρον, δι᾽ ὃν ἡ Τροία ἀπώλετο· ἔχεις τὸν Ξέρξην τὸν βάρβαρον, δι᾽ ὃν ἐδάκρυσεν ἡ Περσὶς παντὸς αὐτῆς τοῦ ἄνθους ἀπολωλότος τῆς στρατιᾶς· ἔχεις σπινθῆρα Μεγαρικόν, δι᾽ οὗ Περικλῆς συμφορῶν τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα πεπλήρωκεν,* ea Plutarcho, quem ad unam sententiam illustrandam quinque exemplis comparibus uti vix unquam videbis, non deberi putamus, eo minus quod scholium Proclianum integrum totumque videtur traditum esse. Ceterum unumquodque fere huius enuntiatum Plutarchum legenti in memoriam revocat: in primo cernitur studium illud Plutarchi purgandi Hesiodum ab omni probro quo forsitan vexari possit; altero continetur comparatio a morbo petita, quam in deliciis habet Plutarchus, velut scribit de frat. am. cap. 2: *ὡς γὰρ αἱ νόσοι τοῖς σώμασι μὴ προσιεμένοις τὸ οἰκεῖον πολλῶν ἐμποιοῦσιν ἀτόπων καὶ βλαβερῶν ὀρέξεις, οὕτως ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς διαβολὴ καὶ ὑφόρασις ὁμιλίας ἐπάγεται φαύλας καὶ πονηρὰς εἰς τὸ ἐκλιπὲς ἔξωθεν ἐπιρρεούσας,* et cap. 8: . . . *μὴ καὶ λάθω τι πατρῷον ἢ μητρῷον ἐνεσταγμένον ἀπὸ σπέρματος νόσημα χαλεπῶς καὶ πικρῶς τῷ μισεῖν ἔν σοι κολάζων;* tertio exponitur civitatem ut unum simplexque corpus omnium quae in ea gerantur rationem reddere debere; cui similis sententia profertur de

ser. num. vind. cap. 15: *ἓν γάρ τι πρᾶγμα καὶ συνεχὲς ἡ πόλις, . . οὐδ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου τῷ χρόνῳ γινόμενον, ἀλλὰ συμπαθὲς ἀεὶ καὶ οἰκεῖον αὑτῷ καὶ πᾶσαν ὧν πράττει κατὰ τὸ κοινὸν ἢ ἔπραξεν αἰτίαν καὶ χάριν ἀναδεχόμενον;* sequuntur exempla Homerica, quae Plutarcho quam maxime familiaria esse modo diximus; denique explicatio concluditur praecepto morali ex poetae verbis deducto, id quod prorsus ex illius more est. Itaque hoc scholium fragmentis commentarii inserendum esse confidimus.

In scholio ad v. 306 Patzigius recordatur cap. 2 Solonis vitae. Nos ibi nihil invenire potuimus quo scholium Plutarcho adiudicandum esse appareret.

Ex scholio ad v. 475 (Gaisf.):

εὐοχθέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔαρ

verba *εὐοχθέων, τουτέστιν οὐ κεκοπιακὼς ὡς τὸ 'κάματον εὐκάματον' παρ' Εὐριπίδῃ* Plutarcho deberi idem recte statuit allegans amat. cap. 15, de tranq. anim. cap. 6, an seni cap. 20, quibus locis adductus invenitur versiculus

πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον.

Neque minus ex scholio ad v. 522 (Gaisf.):

ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει

testimonium Aristotelis: *Ἀριστοτέλης δέ φησι ψεῦδος εἶναι τὸ κατὰ τοὺς πολύποδας· αὐτοὺς γὰρ ἑαυτοὺς μὴ καθεσθίειν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν παγούρων κατεσθίεσθαι* Plutarcho deberi recte arbitratur comparans de soll. an. cap. 27: *τὸ μὲν γὰρ αὑτοῦ τὰς πλεκτάνας καθεσθίειν αὐτὸν ψεῦδός ἐστι· τὸ δὲ μύραιναν δεδιέναι καὶ γόγγρον ἀληθές ἐστιν*[1].

In scholio ad v. 715 sq. (Geisf.):

μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θομοφθόρον ἀνδρὶ
τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων

[1] Errore scriptum esse in scholio *παγούρων* pro *γόγγρων* docet cum hic locus Plutarcheus tum Aristoteles (*περὶ ζώων* cap. 2) sic dicens: *ὃ δὲ λέγουσί τινες, ὡς αὐτὸς αὑτὸν ἐσθίει ψεῦδός ἐστιν, ἀλλὰ περιεδηδεσμένας ἔχουσιν ἔνιοι τὰς πλεκτάνας ὑπὸ τῶν γόγγρων.*

adscripto: *τὴν πενίαν ἢ*[1] *ἡμεῖς ἑαυτοῖς προξενοῦμεν διχῶς, ἢ δι' ἀργίαν ἢ δι' ἀσωτίαν πενόμενοι, ἢ ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔχομεν ἀποκληρωθεῖσαν ἡμῖν. ταύτην οὖν ἀξιοῖ μὴ ὀνειδίζειν, ὡς τήν γε παρ' ἡμᾶς ἀξίαν εἶναι μυρίων ὀνειδῶν, οὐ βοηθουμένην ὑφ' ἡμῶν. οὕτω δὴ καὶ νόσον τὴν μὲν εἱμαρμένην οὐ δεῖ ὀνειδίζειν, τὴν δὲ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀκρασίας διὰ τὴν ἀκρασίαν ὀνειδιστέον, οἷς, ἐξὸν ὑγιαίνειν, οὐχ ὑπάρχει τοῦτο δι' αὑτήν* desiderat Patzigius interpretationem eam quae proferatur de aud. poet. cap. 6: *καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ·*

μηδέ ποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
τέτλαθ' ὀνειδίζειν μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων,

θεόσδοτον νῦν τὸ τυχηρὸν εἴρηκεν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν τοῖς διὰ τὴν τύχην πενομένοις, ἀλλὰ τὴν μετ' ἀργίας καὶ μαλακίας καὶ πολυτελείας ἀπορίαν κακίζειν αἰσχρὰν καὶ ἐπονείδιστον οὖσαν. At ab hac non ita diversa videtur scholii explicatio. Utrobique enim distinguitur inter paupertatem in quam nostra culpa incurramus et eam quae immeritis nobis contingat, eo tantum discrimine ut hanc deberi dicat in scholio rerum naturae, altero loco fortunae. Deinde etiam Plutarchi mos conspicuus est in scholio id quod poeta de re una dicit alio transferendi.

Sed scholium ad v. 744 sq. (Gaisf.):

μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη

adnotatum: *οἱ μὲν ὅτι δεῖ τὰς οἰκίας πρὸ χειμῶνος συντελεῖν· ὁ γὰρ κρωγμὸς τῆς κορώνης χειμῶνος σύμβολον· οἱ δὲ ὅτι μὴ ἀτελῆ δεῖ[ν] τὸν οἶκον ἐᾶν, μὴ ψόγον ἐπαγάγῃ παρ' ἄλλων, οὓς τῇ κορώνῃ ἀπείκασεν, ὡς πολλὰ ἂν φθεγξαμένους, νεμεσῶντας ἐπὶ τῷ ἐλλειπεῖ. δεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα τὸ παράγγελμα διατείνειν καὶ μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἔργων ἀτελὲς περιορᾶν φερόμενον, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ προσῆκον ἐπάγειν τέλος* Plutarcho iure Patzigius adscribit, cum in eis suadeatur ut verba poetae transferamus ad res alias, id quod Plutarchus praecipit de aud. poet. cap. 13 (cf. p. 17).

[1] Ita scribendum videtur pro *ἥν*.

Ex scholio autem ad v. 767 (Gaisf.) cum certa fide tantummodo ea Plutarcho possunt restitui quibus quid de sue Aegyptii opinati sint exponitur: τὴν δὲ σῦν ἀνίερον Αἰγύπτιοί φασιν, ὅτι μίξεσι χαίρει κρυπτομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς σελήνης, quae apte comparantur cum loco gemello de Is. et Osir. cap. 8: ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ὗν ἀνίερον ζῶον ἡγοῦνται· ὡς μάλιστα γὰρ ὀχεύεσθαι δοκεῖ τῆς σελήνης φθινούσης.

Denique cum scholii ad v. 817 (Gaisf.):

τετράδι δ' οἴγε πίθον· περὶ πάντων ἱερὸν ἦμαρ
μέσσῃ

adscripti parte posteriore: ἴδιος δὲ αὐτῆς κύκλος πληρούμενος διὰ τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν· διὸ καὶ τοσαῦται λέγονται τῆς σελήνης αἱ φεγγοφόροι εἶναι ἀκτῖνες. καί τις Αἰγύπτιος μυθολογεῖ μῦθος τὸν Ὄσιριν τοσαῦτα ἔτη βασιλεῦσαι ὁπόσος ἐστὶν ὁ τῶν ἡμερῶν τούτων ἀριθμός, ἐνδεικνύμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πάντων αὐτὸν εἶναι τῶν γεννητῶν δημιουργὸν καὶ τελεσιουργὸν μετὰ τῶν σεληνιακῶν ἀκτίνων, τέχνῃ τεύχοντα τὴν γένεσιν τῶν τε αὐξητικῶν καὶ τῶν μειωτικῶν, ἵνα καὶ γίνηται τὰ τῇδε καὶ φθείρηται Patzigius apte contendit quae leguntur de Is. et Osir. cap. 13: ταῦτα δὲ πραχθῆναι λέγουσιν ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα μηνὸς Ἀθύρ, ἐν ᾧ τὸν σκορπίον ὁ ἥλιος διέξεισιν, ὄγδοον ἔτος καὶ εἰκοστὸν ἐκεῖνο βασιλεύοντος Ὀσίριδος, et cap. 42: ἐτῶν δ' ἀριθμὸν οἱ μὲν βιῶσαι τὸν Ὄσιριν, οἱ δὲ βασιλεῦσαι λέγουσιν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν· τοσαῦτα γάρ ἐστι φῶτα τῆς σελήνης καὶ τοσαύταις ἡμέραις τὸν αὑτῆς κύκλον ἐξελίσσει. Eadem de Osiridis regni vitaeve spatio cum in scholio exstent, cum tamen ab Hesiodi versu satis aliena sint, a Plutarcho profecta esse apparet

Age nunc proferamus in medium quas ex scholiis reliquias commentarii Plutarchei ipsi eruimus, si quidem contigit ut erueremus.

Atque primum quidem facimus scholium ad v. 142 sqq. (Gaisf.):

Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον,
ἐκ μελιᾶν·

τοῦτο τὸ γένος εἰκότως τρίτον, οὔτε νωθρὸν ὂν οὔτε πανοῦργον, ἀλλὰ δεινὸν ὄντως καὶ εἰς τυραννικὴν δυναστείαν ἐκλακτίσαν

καὶ φονικόν, τῶν σωμάτων μόνον ἐπιμελούμενον. διό φησιν

ἄπλατοι· μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον.

δηλοῖ γὰρ ὅτι τῶν σωμάτων τὴν ῥώμην ἤσκουν οἱ ἐν τούτῳ τῷ γένει, τῶν δ' ἄλλων ἀμελοῦντες περὶ τὴν τῶν ὅπλων κατασκευὴν διέτριβον καὶ τῷ χαλκῷ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο [ὡς τῷ σιδήρῳ πρὸς γεωργίαν][1] διά τινος βαφῆς τὸν χαλκόν στερροποιοῦντες ὄντα φύσει μαλακόν· ἐκλιπούσης δὲ τῆς βαφῆς ἐπὶ τὴν τοῦ σιδήρου ⟨πρὸς γεωργίαν τε⟩ καὶ ἐν τοῖς πολέμοις χρῆσιν ἦλθον. τοῦτο δὴ τὸ χαλκοῦν γένος ἐκ μελιᾶν εἶπε φῦναι δωρικῶς ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν μελιῶν τῶν δένδρων, οὐχὶ ἐκ τῶν Μελιῶν νυμφῶν (καὶ γὰρ Μελίας νύμφας εἶναί φασι· ἄτοπον γὰρ τοὺς ἐκ τοῦ θείου γένους ὄντας θηριώδεις φῦναι), ἀλλ' ὡς ἐκ δένδρων στερεῶν καὶ δυσσήπτων γεγονότας, τά τε σώματα γενέσθαι ἰσχύοντας καὶ τὰ ἤθη ἀτεράμονας καὶ βιαίους· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται ἡ ἐκ τῶν μελιῶν αὐτοῖς γένεσις. Quod enim hic narratur homines aetatis illius tinctura quadam aes duravisse ad arma fabricanda, quod Hesiodus quidem non tetigit, idem apud Plutarchum legitur de Pyth. orac. cap. 2: 'ἆρ' οὖν', ἔφη, 'κρᾶσίς τις ἦν καὶ φάρμαξις τῶν πάλαι τεχνιτῶν περὶ τὸν χαλκόν, ὥσπερ ἡ λεγομένη τῶν ξιφῶν στόμωσις, ἧς ἐκλειπούσης ἐκεχειρίαν ἔσχεν ἔργων πολεμικῶν ὁ χαλκός'; Ex quibus verba extrema ἧς . . . χαλκός in scholio paene iterantur. Constat igitur origo Plutarchea partis prioris scholii: sed altera quoque pars Plutarchum auctorem sibi vindicat, quippe in qua eluceat studium Plutarchi arcendi ab Hesiodo τοῦ ἀτόπου opprobrium (cf. p. 16).

Scholii ad v. 217 (Gaisf.):

αὐτίκα γὰρ τρέχει Ὅρκος ἅμα σκολιῇσιν δίκῃσιν

partem quidem priorem: σκολιὰς δὲ δίκας λέγει νῦν τὰς κακῶς δεδικασμένας διὰ τὸ μηδὲν ὑγιὲς φρονεῖν τοὺς δικάζοντας, ἀλλ'

---

[1] Verba ὡς τῷ σιδήρῳ πρὸς γεωργίαν non suum locum obtinent, quoniam illius aetatis homines ferrum omnino non habuisse Hesiodus dicit versu μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος. Deleremus ea, nisi quod sequitur καὶ (ἐν τοῖς πολέμοις) ea tueri videretur, ideoque illuc ea transposuimus. ἦλθον pro ἐλθεῖν scribendum esse res ipsa docet.

ἐμπαθῶς δικάζειν· πᾶν γὰρ πάθος σκολιόν, ὡς ἁπλοῦν τὸ ἀπαθές Plutarcho tribuendi causam satis iustam suppeditant verba *διὰ τὸ . . . ἐμπαθῶς δικάζειν· πᾶν γὰρ πάθος σκολιόν, ὡς ἁπλοῦν τὸ ἀπαθές.* Quod enim hic de simplicitate eius dicitur quod affectu caret, idem iisdem fere verbis Plutarchus profert de tragoediis loquens de aud. poet. cap. 7: *τὸ γὰρ ἐμπαθὲς καὶ παράλογον καὶ ἀπροσδόκητον . . . τὸ δ' ἁπλοῦν ἀπαθὲς καὶ ἄμυθον.* Argumenta igitur non ita similia, verba ex parte eadem; quae nobis quidem ab eodem scriptore videntur profecta esse. Etiam de tranq. an. cap. 7 ut in scholio inter se opponuntur *τὸ ἁπλοῦν καὶ τὸ σκολιόν* verbis *οὐχ ἁπλοῖς ἤθεσιν οὐδὲ χρηστοῖς . ., ἀλλὰ καγχάροις τὰ πολλὰ καὶ σκολιοῖς διακονεῖται.* Non liquet de scholii parte altera: *ταῖς οὖν σκολιαῖς δίκαις ἕπεται καὶ ἡ ἐπιορκία· οἱ γὰρ ὀρθῶς δικάζειν δόξαν ἔχειν ἐθέλοντες ὤμνυον ὀρθῶς δικάσειν, ἀλλ' οὐ σκολιῶς. τρέχει γὰρ ὁ ὅρκος ἅμα ταῖς σκολιαῖς δίκαις ὁμοῦ τε θέων πρὸς τοὺς μὴ δικάσαντας ὀρθῶς. δηλοῖ δὲ τὸ θέειν τὸ παρὰ πόδας ἐπακολουθεῖν τὴν ἐκ τῆς ἐπιορκίας τιμωρίαν τοῖς σκολιῶς δικάσασιν.* Sententia quidem extrema ad Platonis exemplar conformata videtur esse in legg. V p. 604 f dicentis *ἀκόλουθον εἶναι τιμωρίαν ἀδικίας*, quod novisse Plutarchum ostendunt ea quae scripsit de ser num. vind. cap. 9: *τὰ λοιπὰ δὲ Ἡσιόδου χρὴ νομίζειν ἀκροᾶσθαι λέγοντος οὐχ ᾗ Πλάτων ἀκόλουθον εἶναι τιμωρίαν ἀδικίας πάθην, ἀλλ' ἡλικιῶτιν ἐκ τῆς αὐτῆς ὁμόθεν χώρας καὶ ῥίζης συνυποφυομένην.* Hoc igitur loco Platonem Plutarchus non sequitur, secutus est fortasse in scholio.

Sicut autem hic *τὸ ἁπλοῦν καὶ τὸ σκολιόν*, ita *τὸ ποικίλον καὶ τὸ ἁπλοῦν* inter se opponuntur in adnotatione versus 7 (Gaisf.):

> *ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει.*

τὸν ποικίλον τὸ ἦθος διὰ πανουργίαν σκολιὸν ὀνομάζει. τοῦτον οὖν ἰθύνειν λέγει τὸν Δία πάλιν εἰς τὸ ἁπλοῦν ἐπανάγοντα ἦθος διὰ το⟨ῦ⟩ κολάζειν αὐτὸν ἐν τῇ πανουργίᾳ. Atque has quoque voces cum iuxta ponere soleat Plutarchus, velut dicit de adul. et amic. cap. 7: *οὐχ ἁπλοῦς οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ παντοδαπός ἐστι καὶ ποικίλος* vel de ser. num. vind. cap. 22: *τῷ ἀπατηλῷ καὶ ποικίλῳ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς παραλαμβάνοντες,* atque etiam verba *διὰ τοῦ κολάζειν αὐτὸν ἐν πανουργίᾳ*, quibus similia leguntur de inimic. util. cap. 9: *καὶ πανοῦργα πάθη κολάζειν*, Plutarcheae dictionis speciem prae se ferant, Plutarcho hanc adnotationem restituere non dubitamus.

Sed etiam quae sequuntur disiuncta ab illis Moschopuli adnotatione Plutarcho damus: *τὸν αὐθάδη καὶ ὑπερόπτην εὐτελῆ ποιεῖ καὶ ταπεινόν· ἡ γὰρ αὐθάδεια πρὸς καταφρόνησιν ἐγείρει τῶν ἄλλων ἁπάντων· ἡ δὲ ταπείνωσις εἰς ἔννοιαν ἄγει τοῦ μηδὲν ἡμᾶς διαφέρειν τῶν ὁμοίων καὶ μετρίους ποιεῖ τὸ ἦθος.* Conferimus enim cum eis de aud. cap. 6 (extr.): *πολὺ τοῦ καταφρονεῖν ἀφαιροῦμεν, καὶ τάχιστα κολούεται τὸ αὔθαδες ἡμῶν*, et de cohib. ir. cap. 12: *καὶ γὰρ τὸ δεῖσθαι τοῦ μὴ καταφρονοῦντός ἐστι, καὶ ταπεινὸς φανεὶς ὁ ἀδικήσας ἔλυσε τὴν τῆς ὀλιγωρίας δόξαν.* Unde intellegitur apud Plutarchum saepius has ipsas voces *αὐθάδεια, καταφρόνησις, ταπείνωσις* inter se relatas inveniri, ut sine dubitatione ei illam adnotationem assignare liceat.

Deinde afferendum est scholium ad v. 281 sqq. (Gaisf.):

> *ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας*
> *ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀασθῇ,*
> *τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενέη μετόπισθε λέλειπται·*
> *ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενέη μετόπισθεν ἀμείνων.*

ὃς ἂν ψευδῆ μαρτυρήσας ἑκὼν ἀποκρύψῃ τὸ δίκαιον καὶ ὅρκον προσθεὶς νήκεστον βλάβην καὶ ἀνίατον ὑπομείνῃ διὰ τῆς ψευδομαρτυρίας καὶ ἐπιορκίας, ἀμαυροτέρα ἡ τούτου γενεὰ γίνεται, ὡς τοῦ εὐόρκου ἀμείνων ἡ γενεά. τὰ γὰρ τῶν πατέρων ἀδικήματα χραίνει καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτῶν καὶ ἐνόχους[1] *ἀποφαίνει ταῖς τιμωρίαις· καὶ γὰρ ὀνείδη καὶ ἀδοξίαι αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀδικιῶν συμβαίνουσι, καὶ τίσεις ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπολαμβάνοντες ὧν ἔσχον ἀδικήσαντες οἱ πατέρες αὐτῶν συναπολαύουσι τῶν ὀφειλομένων ἐκείνοις κολάσεων ἀνθ' ὧν ἠδίκησαν. ἄλλως*

---

[1] Hoc verissima coniectura restituit Patzigius pro *εὐνούχους* p. 26.

δὲ γινώσκει τὸ θεῖον ὡς τοῖς ἤθεσιν αὐτῶν ἐμπέφυκέ τι τῆς ἀδίκου τῶν γεννησάντων προαιρέσεως, κἂν ἡμᾶς λανθάνωσι, καὶ εἰκότως ταύτην ἐν αὐτοῖς ὁρῶντες τὴν ῥίζαν ἐκκόπτουσι διὰ τῶν τιμωριῶν καὶ τοῦ μὴ ἐνεργῆσαι κωλύουσιν, ὡς ἰατροὶ προκαθαίροντες τινὰς ὧν ὑφορῶνται νόσους. Hoc enim partes maiores commentationis de sera numinis vindicta quasi in angustum coactas praebet. Atque verba *τὰ γὰρ τῶν πατέρων κ. τ. λ.* quodammodo referunt quae Timon contra Plutarchum dictitarat nimis iniuste fieri (cap. 12). Ea Plutarchus refutare conatur exemplo a medicis petito, qui quos morbis obnoxios esse videant certo vivendi modo tenuique victu studeant praemunire (cap. 19); easdem enim partes deum agere in liberis malorum castigandis puniendisque, quorum ingenia quomodo sint comparata unus omnium optime perspiciat (cap. 20). Atque hoc quidem priore parte postremi enuntiati quod est in scholio, illud parte exponitur posteriore. Praeterea vox *ἤθεσιν* Plutarchi recordari cogit, quae non sine causa posita esse videtur ubi de hominum ingeniis mutandis corrigendisque agitur. Etenim vox *ἦθος*, ut Plutarchus in cap. 6 docet, a consuetudine nominata est; mutari igitur potest atque idonea ratione emendari, id quod in scholio docemur.

Versus 312 (Gaisf.):

δαίμονι δ' οἷος ἔησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον

interpretationem scholio traditam Goettlingius (ad v. 314) mirum Procli esse commentum putat. Est autem haec: *δαίμων οὐ μόνον ὁ ἀπονέμων ἡμῖν τὸν βίον καὶ διοικῶν τὰ ἡμέτερα, κρείσσων ἡμῶν, καλεῖται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπ' ἐκείνου βίος ἑκάστοις ἀπονεμόμενος, εἰς ὃν βλέποντες τοὺς μὲν εὐδαιμονεῖν φαμεν, τοὺς δὲ κακοδαιμονεῖν· ὡς καὶ τύχη λέγεται ἥτε ἐπιτροπεύουσα τοὺς βίους ἡμῶν καὶ τὸ ἀποδιδόμενον ἑκάστοις παρ' αὐτῆς· ὅθεν καὶ εὐτυχεῖν τινας καὶ δυστυχεῖν λέγομεν· τοῦτο οὖν φησιν ὁ Ἡσίοδος προτρέπων εἰς τὸ μὴ ζῆν ἀργόν, ὅτι ὁποῖος ἂν ἑκάστῳ τυγχάνῃ βίος ἀποδεδομένος, τούτῳ ἄμεινον ἐργάζεσθαι, εἴτε ἀμείνων εἴτε χείρων, καὶ μὴ ποιεῖσθαι πρόφασιν ἀργίας ἡλικίαν ἢ τύχην ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντως ἔργον τι ζητεῖν ἢ γεωργικὸν ἢ τεκτονικὸν ἢ ἐμπορικὸν ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν.*

Nos Plutarcho eam tribuere non dubitamus, idque praecepto nisi quod Plutarchus iuvenibus poetarum legendorum studiosis commendat et exemplis multis variisque illustrat (de aud. poet. cap. 6). Ibi enim cum ad variam nominum vim accuratius attendere iuvenes iubeat tum idem in deorum nominibus maxime observandum esse ostendit. Sed adscribimus verba, quae haec sunt . . . *ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχώμεθα διδάσκειν τοὺς νέους ὅτι χρῶνται τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ ποτὲ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινάς, ὧν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες, ὁμωνύμως προσαγορεύοντες.* Exemplis vero utitur Vulcano, Marte, Neptuno, qui modo dei ipsi, modo ignis, bellum, mare intellegendi sint. Eandem autem rationem ad interpretandum *δαίμονι* in versu Hesiodeo adhibet eaque efficit ut *δαίμων* hoc loco idem sit ac *βίος*. Quam sensus immutationem num vere statuerit quaerere ab hoc loco alienum est. Praeterea Plutarcho scholium deberi ostendit etiam quod in primis scholii verbis legitur *κρείσσων ἡμῶν*, quod ad rem quidem quae exponitur minime necessarium est, sed aptissime convenit cum his quae de daemonibus Plutarchus de Is. et Osir. cap. 25 dicit: *ἐρρωμενεστέρους τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι λέγουσι καὶ πολλῇ τῇ δυνάμει τὴν φύσιν ὑπερφέροντας ἡμῶν.* Quid quod daemones ipso nomine *κρείττονες* significantur de gen. Socr. cap. 20, ubi haec sunt verba: *μόλις ἐπήκοον ἔχουσι τὴν ψυχὴν τῶν κρειττόνων*, et paulo inferius *ὁ δὲ τοῦ κρείττονος νοῦς ἄγει τὴν εὐφυᾶ ψυχήν*? Neque hoc omittimus saepius a Plutarcho *δαίμων* et *τύχη* iuxta poni, velut de fort. cap. 1: *ὁ δὲ Πριάμου δαίμονι κακῷ καὶ τύχῃ χρώμενος* itemque de glor. Athen. cap. 13, de tranq. an. cap. 12, praec. ger. reip. cap. 20. Unde hoc quidem patet has notiones duas in mente habuisse Plutarchum iunctas. Deinde, ut ne hoc quidem praetermittamus, *τύχη ἐπιτροπεύειν* dicitur sicut in scholio de fort. Rom. cap. 9, ubi legitur *ὡς . . . θείας τύχης ἐπιτροπευούσης τῶν καιρῶν ἐκείνων.* Denique Proclus ipse non a se scholium profectum esse videtur demonstrare ea re quod

in scholio ad v. 313 (Gaisf.) scholii ad v. 312 argumentum satis effuse repetit verbis immutatis, ut si quis sententiam referat alienam, verbis tamen alienis uti nolit. Ita autem loquitur: *μὴ ἐπαισχύνεσθαι παραινεῖ μεταχειρίσασθαί τι τῶν ἔργων, εἰ καὶ ἀπ᾽ εὐπορωτέρων ἀπορώτερος γέγονεν, ἵν᾽ αὖθις εὐπορήσῃ. τοῦτο γὰρ ἄμεινον εἶναι, ὁποίαν ἂν ἔχῃ τὴν δαιμονίαν δόσιν, ἔργον τι μετιέναι, κἂν πλούσιός τις, κἂν πένης ἐστίν.*

Scholii ad versum 340 (Gaisf.):

τὸν φιλέοντ᾽ ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ᾽ ἐχθρὸν ἐᾶσαι

persuasum habemus ex Plutarchi commentario sumptam esse partem priorem: *ταῦτα καὶ τὰ ἑπόμενα τούτοις περὶ τῶν πρὸς τοὺς φίλους καὶ γείτονας*[1] *καθηκόντων ἔχει τὴν παραίνεσιν οὐκ ὄντα ἠθικά, ὥς τισιν ἔδοξεν, ἀλλ᾽ εἰς εὐγενὲς [ἦθος] καὶ δεξιὸν προσάγοντα τὸν πειθόμενον· οὐ γὰρ δεῖ τὰ αὐτὰ φίλοις καὶ ἐχθροῖς ἀποδιδόναι, οὐδ᾽ ὁμοίως ἑκατέρους ὁποτραπέζους ποιεῖσθαι καὶ ὁμοσπόνδους, ἡγουμένους καὶ τράπεζαν βωμὸν εἶναι τῆς Ἑστίας καὶ πάντων τῶν τὴν τροφὴν δωρησαμένων θεῶν⟩. θύειν μὲν οὖν καὶ ἡμῖν νόμος πρὸ τοῦ τῆς τροφῆς ἅψασθαι. δεῖ οὖν μὴ τοὺς ἐχθροὺς ἄγειν ἐπὶ δαῖτα φιλίαν δὴ ὑποκρινομένους, ἀλλὰ τοὺς ὄντως φίλους, οἷς καὶ κοινωνεῖν ὅσιον, ὡς τῆς ἄλλης φιλίας, οὕτω καὶ ἁλῶν καὶ σπονδῶν καὶ ἑστίας θεῶν καὶ φιλοφροσύνης· καὶ γὰρ εἰ, ὡς ἔτυχε, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἑστιῶμεν, τί ποιήσομεν ἐκείνων ἡμᾶς ἐν μέρει καλούντων ἐπὶ τὰ ὅμοια; μὴ ὑπακούοντες γὰρ ἀδικήσομεν τοὺς ὑπακούσαντας, ὑπακούοντες δὲ προησόμεθα ἑαυτοὺς ἀνθρώποις ἀπεχθῶς διακειμένοις.* Quod enim postremis verbis ponitur, si inimicos ad convivium invitemus, futurum esse ut et ipsi ab iis invitemur, idem ad eundem Hesiodi versum respiciens Plutarchus de vit pud. cap. 4 his verbis declarat: *κληθήσῃ γὰρ καλέσας καὶ δειπνήσεις, ἂν δειπνίσῃς.* Alterum vero indicium originis Plutarcheae cognoscimus ex scholii verbis *ἡγουμένους καὶ τράπεζαν βωμὸν εἶναι τῆς Ἑστίας;* simile enim aliquid invenimus in fragm. 43 (Duebn.),

[1] Hoc reposuimus pro *γονέας;* nihil enim de parentibus, omnia de vicinis Hesiodus hic loquitur.

ubi de foco dicitur: *βωμὸς γὰρ καὶ αὕτη τῶν θεῶν.* Contenderis etiam non inepte cum verbis *οἷς καὶ κοινωνεῖν ὅσιον ὡς τῆς ἄλλης φιλίας, οὕτω καὶ ἁλῶν καὶ σπονδῶν καὶ ἑστίας θεῶν καὶ φιλοφροσύνης* ea quae leguntur in quaest. conv. VII 2, 6: *καὶ ἐπιτηδείους παρακαλεῖν ἐπὶ κοινωνίαν σπονδῆς καὶ τραπέζης καὶ λόγων ἐν οἴνῳ γιγνομένων καὶ φιλοφροσύνης.* Atque *ἑστία θεῶν* legitur sicut in scholio in fragm. 37 (Duebn.): *οὓς δεῖ μετὰ θεοὺς τιμᾶν ὡς ἀγάλματα, φησίν, ὄντα ἐφ᾽ ἑστίᾳ θεῶν.* Sed partem quoque scholii alteram: *τὸν δὲ γείτονα τοῦ μὴ γείτονος αἱρετώτερον εἰς τοιαύτην ἡγεῖσθαι κοινωνίαν· δῆλον μὲν οὖν ὅτι λέγεται τῆς φιλίας κοινῆς οὔσης· οὐ γάρ που τὸν μὴ φίλον, γείτονα δέ, δι᾽ αὐτὸ τοῦτο παραινεῖ μᾶλλον τοῦ φίλου ποιεῖσθαι συνέστιον, προειπών· τὸν φιλέοντα ἐπὶ δαῖτα καλεῖν· τούτου δὲ ὄντος φανεροῦ πῶς οὐκ εὔλογον πλέον τοῖς γείτοσι νέμειν ἢ τούτους μὲν παρεῖναι, τοὺς δὲ μὴ γείτονας εὐφραίνειν ταῖς φιλοτησίαις; οὐδὲ γὰρ τὰς γειτονίας ἴσως οἴεσθαι δεῖ μάτην ἡμῖν ἀπονέμεσθαι τοίων ἢ τοίων ἀνθρώπων θεόθεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰς τάξιν εἱμαρμένης φέρειν ἔχειν, καὶ προσήκει καὶ πρὸς ταύτην ἀφοσιοῦσθαι τὸν ἔχοντα νοῦν· τρόπον γάρ τινα καὶ ὁ γείτων ἡμῖν σύνοικός ἐστι καὶ ὁμωρόφιος* Plutarcho tribuimus, quamquam id plane certis argumentis evincere non possumus. Sed verisimile est. Plutarchus enim cum in initio scholii dixerit *τὰ πρὸς τοὺς φίλους καὶ γείτονας καθήκοντα* suaderi his versibus, postquam *τὰ πρὸς φίλους* fusius illustravit scholii parte priore, *τὰ πρὸς γείτονας* quoque pluribus tractasse utique est putandus. Proclus autem illis transcriptis cur haec omitteret ac de suo potius suppleret causam nos quidem non perspicimus. Nec dedecent Plutarchum quae in scholio de vicinis exponuntur. Neque quemquam nisi Plutarchum, qui anxia cura quamvis Hesiodi vituperationem occupare studeret, descensurum fuisse existimamus ad refellendam expressis verbis miram opinionem eam qua quis putaverit Hesiodum praecipere ut vicinum, quamvis non amicus sit, potius invitemus quam amicum qui, id quod supplendum est, non sit vicinus. Etiam quod in fine scholii contenditur, vicinitates providentia, non a deis disponi

(quod qua de causa dictum sit non iam intellegimus; intellegendum erat haud dubie ex superiorum aliqua Plutarchi adnotationum quae periit), ne id quidem alienum est ab ingenio Plutarchi, qui similem distinctionem facit de aud. poet. cap. 6, varie disputans quae in hominum vita ad dei, quae ad providentiae, quae ad fortunae auctoritatem revocanda sint.

Adiungimus scholium ad v. 463 sqq. (Gaisf.):

εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, Δημήτερι θ' ἁγνῇ
ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν,
ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' ἀρότου, ὅτ' ἂν ἄκρον ἐχέτλης
χειρὶ λαβὼν ὅρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτον ἵκηαι
ἔνδρυον ἑλκόντων μεσσάβων.

ταῦτα καὶ θεοσεβείας ἐστὶ δόγματα τρέποντα τοὺς ἔργων ἁπτομένους ἐπὶ τὰς παρακλήσεις τῶν τὰ ἔργα ταῦτα ἐφορώντων καὶ τελειοῦν δυναμένων θεῶν, καὶ οὐδὲν ἀπολείπει πρὸς τέρψιν, εἰ ἐννοήσομεν τὸν ἀροῦν μέλλοντα λαμβανόμενον τῆς ἐχέτλης, ἣν προείπομεν ὅτι ποτὲ δηλοῖ τοῦ ἀρότρου μέρος, πρὶν ἐλάσῃ τοὺς βόας, μάρτυρα καλοῦντα τοῦ ἔργου τὸν Δία καὶ τὴν Δήμητραν, τὸν μὲν ὡς τελεσιουργὸν διὰ τῶν ὄμβρων τῆς σπορᾶς, τὴν δὲ ὡς προστάτιν τῶν γονίμων δυνάμεων τῆς γῆς. ὁ γοῦν πάντα τὰ παρ' ἑαυτοῦ ποιήσας οὐχ ἁπλῶς αἰτεῖ τοὺς θεούς, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαιτεῖ τὸ τέλος. ὡς ἔλεγε Σωκράτης εὔχεσθαι δεῖν μουσικὴν τὸν μανθάνοντα καὶ γονὴν παίδων τὸν γαμοῦντα, οὕτω καὶ Ἡσίοδος καρπῶν γονὴν τὸν τῆς ἐχέτλης ἤδη λαμβανόμενον καὶ ὅρπηκα φέροντα καὶ ἐπάγοντα τοῖς νώτοις τῶν βοῶν, ὥστε κινηθῆναι καὶ ἑλκύσαι τὸ ἄροτρον. Nam in hoc quoque nonnulla deprehendimus indicia originis Plutarcheae. Respicit enim Plutarchus ad eundem versum de superst. cap. 8, ubi deos adiutores ita invocandos esse docet si pro nostris viribus ipsi opus nostrum aggrediamur; sic gubernatorem navis ventis iactatae deos invocare, sed una clavem regere; sic Hesiodum quoque agricolae praecipere ait ut Iovem et Cererem precetur, sed precetur aratrum manu tenens, h. e. omnia parata habens ad opus arandi perficiendum. Huius autem sententiae similem prima scholii verba referunt. Hoc enim tantum interest quod priore

loco proprium laborem pro condicione ponere dicit poetam deorum invocationis, in scholio eum monentem facit ut proprio labori deorum invocatio accedat. Praeterea alia Plutarchum auctorem produnt. Mirum enim quantum diligit Plutarchus dicendi formulam *οὐχ ἁπλῶς . . . ἀλλά*, velut legitur de san. praec. cap. 6: *οὐχ ἁπλῶς τὸ χρῆσθαι τούτοις ἀπηγόρευσεν, ἀλλὰ χρῆσθαι δεομένους ἐδίδασκεν* et Plat. quaest. cap. 4: *οὐχ ἁπλῶς ἐστι κίνησις, ἀλλ', ὥσπερ εἴρηται, κίνησις ἐν τάξει;* nec minus Plutarcheum videtur dictum in fine positum Socratis, quem alibi quoque Plutarchus ad partes vocat cum eadem neglegentia, nec scriptorem nec librum nominans unde hauserit. Ita scribit de curios. cap. 13: *καθάπερ γὰρ ὁ Σωκράτης παρῄνει φυλάττεσθαι τῶν βρωμάτων ὅσα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἀναπείθει καὶ τῶν πομάτων ὅσα πίνειν μὴ διψῶντας, οὕτω χρὴ καὶ ἡμᾶς τῶν θεαμάτων . . φυλάττεσθαι ὅσα . . προσάγεται τοὺς μηδὲν δεομένους* et de frat. am. cap. 16: *ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔλεγε βούλεσθαι Δαρεῖον ἔχειν μᾶλλον φίλον ἢ τὸ δαρεικόν.*

Deinceps dicimus de scholio ad v. 500 sq. (Gaisf.):

δείκνυε δὲ δμώεσσι θέρευς ἔτι μέσσου ἐόντος·
'οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.'

διὰ τούτου τοῦ παραγγέλματος καὶ τὰ ὅμοια νοητέον· οὐκ ἀεὶ εὐτυχήσομεν· παρασκευαστέον οὖν καὶ πρὸς τὰς περιστάσεις· οὐδὲ ἀεὶ ὑγιανοῦμεν· φροντιστέον οὖν καὶ τῶν τοῖς νόσοις ἐπιτηδείων· οὕτως οὖν καὶ οἰκήσεων ἐν θέρει διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς τοῦ χειμῶνος προσβολῆς. Hoc quoque Plutarcho tribuimus propterea quod conspicuus in eo est Plutarchi mos praecepta specialia ad generalem sensum transferendi.

Ad versum 557 (Gaisf.):

τῆμος τὤμισυ βουσίν, ἐπ' ἀνέρι δὲ πλέον εἴη
ἁρμαλιῆς

haec sunt adnotata: *διὰ τόν χειμέριον μῆνα τροφὴν πλείονα κελεύει διδόναι· τοῖς μὲν βουσὶ τὸ ἥμισυ τῆς εἰωθυίας προστιθέντα, τοῖς δὲ ἀνθρώποις πλέον ἢ τὸ ἥμισυ· εἰ μὴ ἄρα τὸ ἥμισυ καὶ τὸ πλέον δεῖ συντάττειν, ἵν' ἀμφοτέροις πλέον ἢ τὸ ἥμισυ δίδωσί τις τοῦ ἔθους. πέττεται γὰρ χειμῶνος ὄντος ἡ*

τροφὴ μᾶλλον ἐν μήκει τῶν νυκτῶν· ἥτε γὰρ θερμότης εἴσω καθειργμένη διὰ τὴν ἔξωθεν πύκνωσιν πλείονα δαπανᾷ· καὶ μῆκος αἱ νύκτες ἔχουσαι πλείονα πέττουσι τροφήν, ἣν ἁρμαλίαν εἶπεν, ὡς προσφιλῆ τοῖς τρεφομένοις καὶ εὐάρμοστον. Plutarchea est quae ratio exponitur de calore in corpore incluso, quo cibus concoquatur, idque hieme magis calore in se coacto quam aestate. Nam prorsus eodem spectant quae leguntur de flamma de def. orac. cap. 4: *ἤδη γὰρ ἀκήκοα λεγόντων τινῶν περὶ τοῦ πυρὸς ὡς ἐν χειμῶνι κάεται βέλτιον ὑπὸ ῥώμης εἰς αὑτὸ συστελλόμενον τῇ ψυχρότητι καὶ πυκνούμενον, ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἐξασθενεῖ καὶ γίνεται μανὸν καὶ ἄτονον, κἂν ἐν ἡλίῳ κάηται, χεῖρον ἐργάζεται καὶ τῆς ὕλης ἅπτεται μαλακῶς καὶ καταναλίσκει βράδιον* vel de corpore humano in quaest. conv. II 2: *ὁ δὲ Λαμπρίας εἶπεν ὅτι τὸ οἰκεῖον καὶ τὸ σύμφυτον θερμὸν ἡμῖν, ᾧ τρέφεσθαι πεφύκαμεν, ἐν μὲν τῷ θέρει διέσπαρται καὶ γέγονεν ἀσθενέστερον καὶ μανόν, ἐν δὲ τῷ φθίνοντι καιρῷ συναγείρεται πάλιν καὶ ἰσχύει, κατακρυπτόμενον ἐντὸς διὰ τὴν περίψυξιν καὶ τὴν πύκνωσιν τοῦ σώματος.* Adicimus et adiectiva *προσφιλὴς καὶ εὐάρμοστος* sicut in scholio copulata inveniri in quaest. conv. VII in prooem.: *εὐάρμοστα τῇ γεύσει καὶ προσφιλῆ* et coniug. praec. cap. 22: *εὐάρμοστα καὶ ἄλυπα καὶ προσφιλῆ παρέχειν*, et *δαπανᾶν* cum vi cibum consumendi legi in quaest. conv. II 6, 3: *τὰ τοιαῦτα δένδρα τῆς τροφῆς ἀπολαύοντα πάσης εἰς αὑτὰ δαπανωμένης* et in fragm. 28 (Duebn.): *δεῖται γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θερμόν, ἵνα μένῃ, τῆς ἔξωθεν τροφῆς, ἣν οἱ δεχόμενον δαπανᾷ τὸ σῶμα καὶ αὐτοῦ τι ἀποσπᾷ*, nec vocabulum *μῆκος ἔχειν* alienum esse Plutarcho, velut de mul. virt. cap. 17 legitur: *καὶ μῆκος ἔσχεν ὁ πόλεμος.* Itaque hanc adnotationem Plutarcho adscribimus, neque hoc nunc quaerimus num interpretatio grammatica quae hic nobis offertur videatur probabilis esse.

Idem iudicamus de scholio ad v. 704 (Gaisf.):

εὖ δ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι

adscripto: *τοῦτο μετὰ τοὺς περὶ γάμου λόγους] προοίμιόν ἐστι τῶν ῥηθησομένων παιδευμάτων· δεῖ γὰρ πρὸ πάντων στοχάζεσθαι τοῦ κεχαρισμένου τοῖς θεοῖς. καὶ γὰρ καὶ Πλάτων φησίν· ὁ βλέπων εἰς τὸ θεῖον ἐξ ἀσελγημάτων αὑτοῦ φυλάττειν ἑαυτὸν σπουδάζει καὶ ἀσεβημάτων πάντων· καὶ γὰρ ὁ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας αἰσχυνόμενος παρόντων αὐτῶν ἀπέχεται τούτων, μήτι*[1] *γε τοὺς θεούς. καὶ τί λέγω τοὺς ἀγαθοὺς αὐτούς; ἀλλὰ καὶ εἰκόνας ἀγαθῶν τινες σέβονται καὶ ὑπ' αὐταῖς ὀκνοῦσι τινὰ πονηρὰν πρᾶξιν πρᾶξαι, ὡς ἡ μὴ προσιεμένη τὸν ἐραστὴν ἑταίρα δρᾶσαί τι ἄσχημον ὑπὸ τῇ Ξενοκράτους εἰκόνι τοῦ σώφρονος· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ θεῶν τοῦτο χρὴ ποιεῖν.*

Quamquam Platonis quod affertur dictum parum certum est Plutarcheae originis testimonium, tamen quae de Xenocrate narrantur indicare nobis videntur auctorem Plutarchum, qui ut Xenocratis doctrinae operam impigre dedit cognoscendae[2], ita narratiunculas quoque quae de eo circumferebantur compertas habebat[3]. Accedit quod etiam ceteri loci in Procli scholiis ubi Xenocratis mentio fit omnes ad Plutarchum auctorem redeunt. Praeterea deprehenduntur in scholio quae propria sint orationis Plutarcheae; qualia sunt verbum *χαρίζεσθαι*, quod Plutarchus ponere solet de eis quae diis grata sunt, velut legimus de Is. et Osir. cap. 2: *οὐχ ἥκιστα δὲ τῇ θεῷ ταύτῃ κεχαρισμένον* et cap. 11: *τοῦ δ' ἀληθῆ δόξαν ἔχειν περὶ θεῶν μηδὲν οἰομένη μᾶλλον αὐτοῖς μήτε θύσειν, μήτε ποιήσειν κεχαρισμένον* et de mul. virt. in proem. coniunctum sicut in scholio cum *στοχάζεσθαι* : *ὡς τοῦ χαρίζεσθαι καὶ ψυχαγωγεῖν μᾶλλον ἢ τοῦ πείθειν στοχαζόμενος;* deinde dicendi formula *μήτι γε* (cf. adn.); tum ab una ad al-

[1] Quod scribendum videtur pro *μὴ ὅτιγε*; cf. de fac. in orb. lun. cap. 5: *ἡ δὲ ῥύμη καὶ τὸν ἐν λίθοις ἀέρα καὶ τὸν ἐν ψυχρῷ μολίβδῳ συνεκκάει, μήτι γε δὴ τὸν ἐν πυρὶ δινούμενον μετὰ τάχους τοσούτου* et amat. cap. 8: *ἐρᾶν δὲ φάσκουσαν γυναῖκα φυγεῖν τις ἂν ἔχοι καὶ βδελυχθείη, μήτι γε λάβοι γάμου ποιησάμενος ἀρχὴν τὴν τοιαύτην ἀκρασίαν.*

[2] Volkmann, Philosophie des Plutarch p. 14 sqq.

[3] Seligimus ex numero permagno unum exemplum simile quodammodo, quod legitur de adul. et amic. cap. 32: *ὁ γοῦν Πλάτων ἔλεγε νουθετεῖν τῷ βίῳ τὸν Σπεύσιππον· ὥσπερ ἀμέλει καὶ Πολέμωνα Ξενοκράτης ὀφθεὶς μόνον ἐν τῇ διατριβῇ καὶ ἀποβλέψας πρὸς αὐτὸν ἐτρέψατο καὶ μετέθηκεν.*

teram sententiam maiore quadam vi et pondere efferendam transeundi modus qui fit interrogatione interiecta *καὶ τί λέγω τοὺς ἀγαθοὺς αὐτούς;* cuius simile exemplum est in fragm. 8 (Duebn.): *καὶ τί δεῖ τούτους λέγειν; ὅπου γε καὶ Ξενοφάνης . . σιλλοὺς ἀτόπους συνθεῖναι λέγεται.* Quod solet Plutarchus post tales interrogationes pergere particula *ὅπου*, hoc non tanti momenti esse nobis videtur ut dubitantes nos reddat de Plutarchea huius adnotationis origine.

Scholii ad v. 707 (Gaisf.):

μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν:

μὴ μόνον παραιτεῖσθαι τὸν φίλον λυπεῖν διά τινος ἔργου προσκρούοντα, ἀλλὰ μηδὲ ψευδόμενον πρὸς αὐτὸν φαίνεσθαι διὰ περιττὴν καὶ ἀνόνητον τῆς γλώττης ὁρμήν. καὶ γὰρ τοῦτο λυπηρὸν καὶ προάγον εἰς ἀπέχθειαν· ὁ γὰρ ψευδόμενος καὶ ἀπατῶν οὐ φίλος . ὅθεν τοῦτο παραιτητέον. ὃ καὶ Πλάτων εἶπεν, τὸν ἑκουσίως ψευδόμενον ἄπιστον εἰκότως εἶναι· τὸν δὲ ἄπιστον ἄφιλον. μέγα οὖν σημεῖον ἤθους οὐ φιλητικοῦ τὸ ψευδόλογον εἶναι πρὸς ὃν οἴεται φίλον καὶ ἐπιθολοῦν τὴν φιλίαν unumquodque fere verbum a Plutarcho frequentatur. Sic occurrit *παραιτεῖσθαι* de Is. et Osir. cap. 5: *μὴ μόνον παραιτεῖσθαι τῶν ὀσπρίων τὰ πολλά* et de mul. virt. cap. 18: *τὸ μὲν οἰκεῖν μετ' αὐτῶν παρῃτήσατο; προσκρούειν* coniug. praec. cap. 39: *ἀεὶ μὲν δεῖ καὶ πανταχοῦ φεύγειν τὸ προσκρούειν τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα* et in fragm. 7 (Duebn.): *ἀδελφοὺς ὄντας καὶ προσκρούσαντας ἀλλήλοις; περιττός* de cup. div. cap. 1: *οὐδὲ τὸ τὰ περιττὰ κεκτῆσθαι τὸ μὴ δεῖσθαι τῶν περιττῶν*, cap. 2: *οἱ τῶν ἀχρήστων ἐφιέμενοι καὶ περιττῶν*, cap. 3: *οὐ παύσονται δεόμενοι τῶν περιττῶν*, cap. 8: *τραπέζας πολυτελεῖς καὶ τὰ περιττὰ πάντα . . . σεμνύνεται δὲ ὁ πλοῦτος ἐπὶ τοῖς περιττοῖς . . . αἰτηθείς τι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ὡς περιττὸν αὐτῷ; ὁρμή* de aud. poet. cap. 1: *ταῖς ἀπαιδεύτοις καὶ παραλόγοις ὁρμαῖς . . ἀγεννὲς ἔνεστι*, de def. orac. cap. 17: *καὶ μοχθηρὰς γινώσκων ἔχοντα προαιρέσεις τινας καὶ ὁρμάς* et cum genetivo iunctum amat. cap. 14: *οὐδὲ φαυλότερον ἡγοῦμαι φυτὸν ἄνθρωπον βλαστήσεως ὁρμὴν ἔχοντα; προάγω* amat. cap. 2: *εἰς τὸ ἐρᾶν*

προήχθη; ἀπέχθεια de adul. et am. cap. 22: *εἶτα ἀπεχθείας πρὸς ἑτέρους . . . διεξιών.* Tum Platonis dictum Plutarchum prodere videtur; denique enuntiatum extremum cogitare cogit de Plutarcho saepissime ita particula *οὖν* disputationem concludente, id quod videre licet in fragm. 18: *τὸ μὲν οὖν ἀρχομένου κορέσασθαι κ. τ. λ.*, 29: *τοῦτον οὖν ὡς ψυχρὸν κ. τ. λ.*, 30: *δεῖν οὖν ἐκ τούτων εἶναι κ. τ. λ.*, 36: *πάντων δὴ οὖν τοιούτων κ. τ. λ.*, 43: *δεῖν οὖν μεμολυσμένον κ. τ. λ.*

Deinde Plutarcho deberi credimus scholium ad v. 735 (Gaisf.) sqq.:

μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλίρροον ὕδωρ
ποσσὶ περᾶν, πρὶν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ

adscriptum: *οἱ παλαιοὶ καὶ πᾶσαν μὲν τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν ὡς τρόφιμον καὶ αὐξητικὴν τῶν φύσεων ἱερὰν ἐνόμιζον εἶναι τῶν ζωογόνων θεῶν· μάλιστα δὲ τοὺς ἀενάους ποταμοὺς θείους ἐνόμιζον, τὴν ἀνέκλειπτον τῶν θεῶν οὐσίαν ἱκανῶς μιμουμένους, καὶ δυνάμεις ᾤοντο θείας ἔχειν ἐφεστώσας αὐτοῖς. εἰκότως οὖν διὰ πάντων ἡμᾶς παιδεύων εἰς εὐσέβειαν ἀξιοῖ μὴ διαβαίνειν εἰς ἀέναον ποταμόν, πρὶν εὐξώμεθα βλέποντες εἰς αὐτόν· εὔχεσθαι δὲ ἀπονιψαμένους πρότερον. τὸν γὰρ ἄνιπτον διιόντα διὰ κακίαν τοῦτο ποιεῖν τὴν καταφρονοῦσαν ὧν δεῖ μὴ καταφρονεῖν. καὶ ἔστι καὶ τοῦτο σημεῖον θεοσεβοῦς ζωῆς, τὸ μηδὲ ἐν τούτοις ἀμελεῖν τοῦ καθήκοντος.* Maxime Plutarchum agnoscimus in enuntiatis extremis. Latet enim et in his studium illud Hesiodi a quavis vituperatione defendendi. Ceterum non hoc uno loco Plutarchus legenti persuadere studet pietatem erga deos vel in rebus vilissimis servandam esse. Ita in schol. ad v. 340 reverentiam habendam esse docet mensae his verbis: *ἡγουμένους καὶ τράπεζαν βωμὸν εἶναι τῆς Ἑστίας καὶ πάντων τῶν τὴν τροφὴν δωρησαμένων θεῶν*, lavationes religiose fieri iubet in fragm. 44: *ἐλούοντο δὲ περιχεόμενοι κατὰ κράτος τε καὶ ὤμων. χρῆν οὖν καὶ τούτου πρότερον ἀφορίσαι τι τῆς ἡμετέρας χρήσεως ἱερὸν θεοῖς* et in fragm. 42: *ὁ δὲ Ἡσίοδος, νίπτεσθαι τὰς χεῖρας παραινῶν πρὸ τοῦ σπένδειν, ἐνδείκνυται*

τὸν περὶ τοῦτο μὴ πεισόμενον μείζονος ἄξιον εἶναι καταγνώσεως ὡς ἀνεπιτήδειον πρὸς παιδείαν (διὰ πάντων ἡμᾶς παιδεύων εἰς εὐσέβειαν dicit in scholio ad v. 735). Deinde vero nihil obstare quominus Plutarcho tribuantur quae in scholio de fluminibus ut deorum imaginibus exponuntur docet locus qui est de Is. et Osir. cap. 76: . . *οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων οὐδ' ἐν ἀψύχοις καὶ ἀσωμάτοις πράγμασιν αἴνιγμα τοῦ θείου κατιδόντες ἠξίουν ἀμελεῖν οὐδὲν οὐδ' ἀτιμάζειν* . ., atque *μίμημα θεοῦ* Aegyptiis exstitisse dicitur crocodilus cap. 75, similiterque de tranq. an. cap. 20 Plutarchus Platonem secutus appellat cum sole et luna flumina *νοητῶν μιμήματα ἔμφυτον ἀρχὴν ζωῆς ἔχοντα.* Quos qui locos scripserit scripsisse etiam scholium illud non absurdum videtur putare. Unum obstare videtur quod voces *τρόφιμος* et *αὐξητικός* in Wyttenbachii lexico Plutarcheo non inveniuntur, ita ut Plutarcho inusitatae esse possint videri. Attamen *τρόφιμος* identidem occurrit, velut de aud. poet. cap. 1: *οὕτω δὴ καὶ ποιητικῇ πολὺ μὲν τὸ ἡδὺ καὶ τρόφιμον νέου ψυχῆς ἔνεστιν* et in quaest. conv. VIII 5: *ὁ Νεῖλος χυμῶν ἀναπίμπλαται δύναμιν ἐμβριθῆ καὶ τρόφιμον ἐχόντων; αὐξητικός* legitur in scholii ad v. 817 parte posteriore a Patzigio pro Plutarchea recognita (cf. p. 34). Sed etiamsi nusquam apud Plutarchum inveniretur, hoc nos non moveret. Nam etiam *μαλακτικός* uno loco (de Is. et Osir. cap. 80) exstat, et *μαλάσσειν* haud scio an non rarius usurpaverit Plutarchus quam *αὐξάνειν.*

Ex scholio ad v. 733 (Gaisf.):

μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
σπερμαίνειν γενεήν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός

Plutarcho adscribimus haec: *τὴν ἀρχὴν ἑκάστου τῶν σπουδαίων ἔργων θεῖόν τι δεῖ νομίζειν· μιμεῖται γὰρ τὴν κυρίως ἀρχὴν θεὸν οὖσαν. σπουδαῖον δὲ καὶ ἡ τέκνωσις, ἅτε συντελοῦσα πρὸς τὴν ἀειγενεσίαν. οὐ δεῖ οὖν ποιεῖσθαι ταύτην ἀπὸ μιασμάτων, ἀλλ' ἀπὸ καθαρότητος, πρὸς τὸ καὶ ὑπεναντίαν εἶναι τὴν τέκνωσιν τῇ τῶν τάφων ἐννοίᾳ· καὶ γὰρ γένεσίς ἐστι καὶ φθορά. δεῖ οὖν ἀπὸ δαιτὸς θεῶν, τουτέστι θεοῖς προσελθόντα καὶ*

εὐωχηθέντα καὶ παρακαλέσαντα τοὺς θεούς, οὕτω παιδουργεῖν, ἀπὸ τῶν κοινῶν πατέρων τῆς τιμῆς ἀρχόμενον τῆς παιδουργίας. Etenim hic quoque monstratur *μίμημα θεοῦ*, videlicet *ἡ ἀρχή.* Deinde quod procreatio prolis ad immortalitatem facere dicitur, eodem munere fungi amorem coniugalem legimus amat. cap. 5: *ἀλλὰ λοιδορεῖ καὶ προπηλακίζει* (scil. *ὁ παιδικὸς ἔρως) τὸν γαμήλιον ἐκεῖνον καὶ συνεργὸν ἀθανασίας τῷ θνητῷ γένει, σβεννυμένην ἡμῶν τὴν φύσιν εὐθὺς ἐξανάπτοντα διὰ τῶν γενέσεων.* Tum verba *καὶ γὰρ γένεσίς ἐστι καὶ φθορά* non minus obscura quam singularia e tenebris in lucem vocantur loco compari in quaest. conv. VIII 1, 2, ubi docemur *γένεσιν πᾶσαν οἰκείου τινὸς εἰς ἕτερον ἔκστασιν καὶ φθορὰν εἶναι.* Quod vero sequitur scholii enuntiatum et satis arte ad ea quae antecedunt sese applicat, et ipsum refert studium illud (cf. p. 47) Plutarchi quo in quovis negotio, priusquam id aggrediamur, deos nos adire iubet, ita ut hoc quoque Plutarcho fidenter adiudicare liceat.

Sequitur scholium quod adscriptum est ad v. 325 sqq. (Gaisf.):

ἶσον δ', ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ,
ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνῃ
κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου παρακαίρια ῥέζων,
ὅς τε δι' ἀφραδίης ἀλιταίνεται ὄρφανα τέκνα,
ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν·
τῷ δ' ἤτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

διὰ τούτων καὶ τῶν ἑξῆς εἰρημένων στίχων ὀκτὼ τοῖς εἰρημένοις ἁμαρτήμασιν, οἷς ἔφατο δίκην ἀκολουθεῖν παρὰ τῶν θεῶν, ἄλλα συναριθμεῖ δι' ἔργων ἁμαρτήματα ἀπὸ ἀνοσίου γινόμενα ζωῆς· ταῦτα δέ ἐστιν ἱκέτην παριδεῖν, εἰς ξένους κακουργεῖν, ἀδελφοῦ διαφθείρειν εὐνήν, ἁμαρτάνειν περὶ ὀρφανούς, ὑβρίζειν εἰς γονέας γέροντας. παντὶ γὰρ τῷ τοιούτῳ, φησίν, ὁ Ζεὺς ἀγαίεται, τουτέστι μέμφεται καὶ τιμωρίαν ἐπάγει. διαφερόντως δὲ τοῦ Διὸς ἐμνημόνευσεν, ἐπειδὴ πάσας εἰς τὸν θεὸν τοῦτον ἀνῆγον τὰς τοιαύτας προσηγορίας, ἱκέσιον καλοῦντες ὡς ἔφορον τῶν ἱκετῶν

καὶ ξένιον ὡς τῶν ξένων προστάτην, ὁμόγνιον ὡς τῶν συγγενῶν μάλιστα φύλακα καὶ τῶν πρὸς τοὺς ὁμογνίους καθηκόντων· οὕτω γὰρ καὶ τῶν ἐν ὀρφανίᾳ ζώντων αὐτὸν ἔλεγον κηδεμόνα, πατέρα νομίζοντες πάντων καὶ ὧν οὐκ εἰσιν ἄνθρωποι πατέρες καὶ βοηθὸν τῶν ἀδικουμένων πατέρων ὑπὸ τῶν παιδῶν. ἀγάλματα γάρ εἰσιν οἱ πατέρες τοῦ πάντων πατρός, τοῦ Διός· οἱ δὲ εἰς τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν δυσσεβεῖς εἰς αὐτοὺς ἀναφέρουσι τοὺς θεούς, ὧν τὰ ἀγάλματα, τὴν δυσσέβειαν, ὥστε εἰκότως ἔφη τὸν Δία καὶ νεμεσᾶν τούτοις καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τῶν ἀδίκων ἔργων, ἅπερ διηριθμήσατο, χαλεπὴν ἀποδιδόναι ἔκτισιν. αὕτη γὰρ ἡ ἀμοιβὴ τῶν ἀδικημάτων τιμωρία τις οὖσα τῆς ἀδικίας ἀκόλουθος. Illis enim quae de patribus venerandis utpote Iovis imaginibus proferuntur similia occurrunt in fragm. 37 (Duebn.), ubi de patribus dicitur: *οὓς δεῖ μετὰ θεοὺς τιμᾶν ὡς ἀγάλματα, φησίν, ὄντα ἐφ' ἑστίᾳ θεῶν*, quae clarius intellegimus cognitis quae in hoc scholio fusius in eam sententiam disputantur. Etiam in schol. ad v. 733 (Gaisf.) haud dubie Plutarcheo, quod modo tractavimus, huius sententiae aliquid inest, scilicet in verbis *ἀπὸ τῶν κοινῶν πατέρων τὴν τιμῆς ἀρχόμενον παιδουργίας.* Deinde novisse saltem Plutarchum locum Platonicum ad quem postremum scholii enuntiatum conformatum est ostendimus supra (cf. p. 36). Atque etiam oratio nonnulla Plutarchi dictionis propria exhibet. Sic libenter ponit Plutarchus vocem *διαφερόντως*, velut de Her. mal. cap. 26: *ἐσπουδακὼς δὲ περὶ τὰς Ἀθήνας διαφερόντως* et de fac. in orb. lun. cap. 26: *τῶν τε φαινομένων θεῶν, ἔφη, χρῆναι, καί μοι παρεκελεύετο, τιμᾶν διαφερόντως τὴν σελήνην.* Verba *τῶν πρὸς τοὺς ὁμογνίους καθηκόντων* simile habent in scholii ad v. 340 Plutarchei verbis *τῶν πρὸς τοὺς φίλους καὶ γείτονας καθηκόντων.* Denique Plutarchum prodit ratio illa concludendi verbis *ὥστε εἰκότως (ἔφη τὸν Δία καὶ νεμεσᾶν τούτοις)*, qualiter dicit in fragm. 17 (Duebn.): *ὥστε εἰκότως λυπεῖ καὶ τὸ σμικρὸν ἀφαιρούμενον* et in fragm. 48: *ὥστε εἰκότως δεῖ φυλάττεσθαι τὴν κακὴν φήμην* et in fragm. 49: *ὥστε εἰκότως τὴν τρισκαιδεκάτην πρὸς μὲν τὸ σπείρειν ἀνεπιτήδειον εἶναι.*

Qui vero hoc scholium Plutarcho tribuere velit, is facere non potest quin adiungat quae ad v. 256 (Gaisf.) sqq.:

καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἀδίκων νόον

adnotata exstant: *ἐάν τις τὸ δίκαιον βλάπτῃ παραχαράττων. οὕτω γὰρ βλάπτει ὁ σκολιῶς τοῦτο πράττων καὶ διὰ πανουργίας ὀνοτάζων τὴν Δίκην, ἤγουν οὐχ ἁπλῶς λοιδορῶν, ἀλλὰ καὶ ἐξευτελίζων ὡς εὐκαταφρόνητον διὰ τοῦ δικαίου καταφρονεῖν. ὁ γὰρ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν ὑβρίζων αὐτοὺς ὑβρίζει τοὺς θεούς· ἄγαλμα δὲ τῆς Δίκης τὸ δίκαιον. ἐὰν οὖν τις τοιοῦτόν τι πράττῃ, καθημένη παρὰ τῷ Διὶ ἡ Δίκη γηρύεται τὸν ἄδικον νοῦν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπαγγέλλει τῷ πατρί, ὡς ἂν ἀπ' αὐτοῦ δικάζειν ταχθεῖσα καὶ κρίνειν πάντα ὅσα ἐφορᾷ ὁ Ζεύς. δηλοῖ δὲ τὸ καθῆσθαι τὸ παρὰ τῷ θεῷ τάξιν αὐτὴν καὶ ἕδραν ἔχειν ἀμετακίνητον· ὡς καὶ ἐκεῖνόν φησιν Ὅμηρος ἐν τῇ τοῦ Ὀλύμπου κορυφῇ 'ἄτερ ἥμενον ἄλλων'.* Nam haec ab auctore scholii v. 325 profecta esse patet. Habemus igitur ita eandem *τῶν ἀγαλμάτων* similitudinem tripliciter conformatam (vid. scholl. ad vv. 325 et 705). Neque hoc unicum similitudinis variatae exemplum est; cognovimus enim et mensam et focum a Plutarcho cum ara comparatum (vid. scholl. ad vv. 340 et 731), et imitari deum dicebantur cum flumina tum principia (vid. scholl. ad vv. 733 et 735). Memoramus etiam in hoc scholio rursus occurrere dicendi formulam *οὐχ ἁπλῶς . . ἀλλά*, quam Plutarcho familiarissimam esse supra diximus (p. 43), et verba *ἐφορᾷ ὁ Ζεύς*, quae iterum leguntur in fragm. 6 (Duebn.): *ἐν τῷδε τῷ παρόντι ὃ ἐφορᾷ ὁ Ζεύς.*

His fragmentis quindecim, quae aliqua cum probabilitate, ut speramus, Plutarcho restituimus, adnectimus duo quorum originem Plutarcheam sentire videmur nec tamen extra omnem dubitationem ponere potuimus.

Unum praebet scholium ad v. 220 (Gaisf.) sqq.:

ἣ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν
ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα

οὔτε μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν

adscriptum: ἕπεται μὲν ἑλκομένη διὰ τραχείας ὁδοῦ καὶ δυσβάτου· καὶ οὐκ αὐτὴ ἄγουσα ἡ δίκη, ἀλλ' ἀγομένη βιαίως, ὃ δηλοῖ τὸ ἕλκεσθαι αὐτὴν ὡς βιαζομένην ὑπὸ τῶν δωροφάγων κριτῶν. ἕπεται δὲ ἀποκλαίουσα τὴν πόλιν ἐν ᾗ τοιοῦτοι δικάζουσι καὶ τὰ ἤθη τῶν χαιρόντων τοιούτοις δικασταῖς· κακὸν δὲ φέρει ἀνθρώποισι μετ' οὐ πολὺ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάγουσα τῆς πονηρᾶς κρίσεως. ὁ μὲν οὖν κλαυθμὸς δηλοῖ τὸν ἔλεον τῆς μοχθηρᾶς προαιρέσεως· ἡ δὲ φορὰ τοῦ κακοῦ τὴν ἴασιν. οὕτως γὰρ ἡμᾶς ἐλεοῦν τὸ θεῖον ποινὰς ἀπαιτεῖ, καὶ τοὺς ἐξελαύνοντας οὖν τὴν ὡς ἀληθῶς δίκην ἐλέους μέτεισιν ἡ δίκη. καὶ τοὺς οὐκ ἰθεῖαν αὐτὴν νείμαντας τοῖς δικαζομένοις ἐπὶ τὸ ἰθὺ μεθίστησιν ἀπὸ τοῦ σκολιοῦ ἤθους. καὶ γὰρ ἑλκομένη διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ καὶ τραχείας ἐπανακαλεῖται τοὺς ἕλξαντας αὐτὴν εἰς τὴν πλατεῖαν ὁδὸν αὐτῇ καὶ λείαν, ὥστε δοκεῖν μὲν ἕλκεσθει ὑπὸ τῶν κακῶς αὐτὴν μετιόντων, ἐκεῖνοι δὲ εἵλκοντο ὑπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς παθῶν δοκοῦντες ἕλκειν. In quibus nos Plutarchi imprimis ea res admonuit quod indoles prava eorum qui iniustitia delectantur miseranda esse dicitur. Etenim miseri appellantur in fragm. 39 (Duebn.) πάντες οἱ τῶν θεσμῶν ὑπερόπται τῶν εἰς κοινωνίαν συντεινόντων, quarum legum est etiam iustitia. Praeterea τιμωρίαν ἐπάγει, quod idem legitur in scholio ad v. 325: μέμφεται καὶ τιμωρίαν ἐπάγει, Plutarchum videtur prodere, et vocabula μοχθηρὰ προαίρεσις vere Plutarchea esse quivis dictionis Plutarcheae vel mediocriter peritus scit.

Alterum nobis fragmentum suppeditat scholium versus 692 (Gaisf.):

μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

εἰπὼν μὴ δεῖν πάντα τῇ νηὶ πιστεύειν, ἀλλ' οἴκοι τὰ πολλὰ καταλείπειν διὰ τὴν ἀδηλίαν τῶν ἀνέμων, καὶ παραδείγματι τῷ τῆς ἁμάξης χρησάμενος (καὶ γὰρ ἐκείνῃ φόρτον ἐπιτιθέναι πολὺν οὐκ εὖ ἔχει, μή ποτε κατάξῃ τις αὐτήν), πανταχοῦ παρακελεύεται τοῦ μέ τρου στοχάζεσθαι καὶ πρὸ πάντων εἰς τὸν καιρὸν ὁρᾶν. ἔστι γὰρ οὗτος ἱκανὸς συλλήπτωρ ὧν ἐνεργοῦμεν, ὥσπερ καὶ δύσμαχος παροφθείς. ἐναρμόζει γὰρ ἡμῶν τῷ παντὶ τὰς πράξεις καὶ ποιεῖ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς σύλληψιν αὐτὰς ἐπιτηδείους· ὀρθῶς καὶ τοῦ Πλάτωνος αἰτιωμένου τῶν ἀποβαινόντων τὸν καιρὸν οὐ μόνον ἐν τοῖς γάμοις τῆς τῶν παίδων τῶν ἀφυῶν καὶ εὐφυῶν γενέσεως, ἀλλὰ καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς πρακτικοῖς τούτοις ⟨καὶ τύχην αὐτοῖς ἐπιστήσαντος [καὶ] μετὰ θεοῦ τὰ ἀνθρώπεια κυβερνῶσαν[1]. Non multum tribuimus huic rei quod ad scholii verba ὥσπερ δύσμαχος παροφθείς conveniunt quae Plutarchus scripsit de adul. et. amic. cap. 27: ὁ δὲ καιρὸς ἐν παντὶ μὲν παρεθεὶς μεγάλα βλάπτει; nimis enim vulgaris est sententia. Sed dictum Platonis in fine collocatum de Plutarcho cogitare cogit, nec minus ea quae de factorum nostrorum ratione praecipiuntur, ut eis ordinem τοῦ παντός conservemus atque augeamus. Hoc enim quodammodo inest etiam in Plutarchi verbis quae scholio v. 742 continentur τοῦ παντός, ἐν ᾧ τὰ ὅλα τῶν μερῶν ἐθέλει κρατεῖν, h. e. in quo omnia geruntur ad ordinem constitutum, neque abhorret a fragm. 37 (Duebn.) hac sententia: τῆς δὲ (scil. τῆς κατὰ φύσιν σχέσεως) τὸν δεσμὸν ἐπήγαγε τὸ πᾶν αὐτὴν φυλάττειν βέβαιον. Quod enim qui facit, eundem iure dixeris τῷ παντὶ τὰς πράξεις ἐναρμόζειν. Sed unus scrupulus haeret. Videtur enim prorsus aliena esse a Plutarcho vox συλλήπτωρ, pro qua semper ponit σύνεργος atque saepissime ponit. Licet quidem cogitari eum, ut vitaret vocem verbo ἐνεργεῖν cognatam, pro σύνεργος admisisse συλλήπτωρ, quod Platoni in usu est (vid. Astii lex. Plat.), neque inauditum haud dubie Plutarcho erat. Neque tamen haec difficultas ita satis expeditur, et indicia originis Plutarcheae quae nos quidem attulimus leviora sunt quam ut propter ea scholium Plutarcho confidentur adscribere liceat.

Haec igitur commentarii fragmenta Plutarcho ita reddidimus ut Plutarcheam eorum originem indiciis documentisque ex scriptis Plutarchi petitis evincere conaremur; alia forsitan aliquis opinetur recuperari posse ingrediendo viam quam Flachius

[1] Hanc lectionem proponimus pro vulgata τύχην αὐτοῖς ἐπιστήσας καὶ μετὰ θεοῦ τὰ ἀνθρώπεια κυβερνῶντος.

monstraverit (l. l. p. 34) his verbis: In den Scholien zu des Dichters Werken und Tagen stammen die stoischen Definitionen aus dem Commentar des Plutarch, den Proklus benutzt hat, und da wir auch den letzteren nicht vollständig, sondern nur in Excerpten erhalten haben, geschieht es, dass öfters Tzetzes, der den vollständigen [1] Proclus noch gekannt hat, diese Definitionen bringt, während sie in unserm Proclus fehlen. Quod num recte dixerit ut diudicare possimus, quae ratio Plutarcho omnino intercedat cum Stoicis videndum erit. Illum igitur animi iudicio ab eorum doctrina abhorruisse imprimis ostendunt quos contra Stoicos libros edidit de communibus notitiis et de repugnantiis Stoicorum tertiusque quo Stoicos quam poetas absurdiora dicere contenditur, tum vero per omnia fere scripta Plutarchi refutationes pertinent Stoicorum doctrinae. Neque tamen omnia eorum inventa repudiavit, sed quae ei probabilia videbantur in suum usum convertit, inque eorum numero recepit modum fabulas veteres interpretandi Stoicis acceptum. Solebant autem ii, ut notum est, fabulas illas quibus deorum ortus, certamina, calamitates narrabantur ad vires naturales, animi facultates, alia transferre, h. e., ut uno nomine res comprehendatur, pro allegoriis accipere fabulas. Atque allegorias ne Plutarchum quidem aspernatum esse liquido demonstrant quae de Is. et Osir. cap. 20 scripsit: *ὁ μῦθος λόγου τινὸς ἔμφασίς ἐστι ἀνακλῶντος ἐπ' ἄλλα τὴν διάνοιαν.* Sed huius explicandi rationis prorsus pro sua natura atque indole unam ceteris partem praeferebat, qua scilicet doctrinae morales fabulis subesse existimabantur. Ad hunc quidem modum in eis quae de Veneris Martisque adulterio et de Iovis cum Iunone in Ida concubitu Homerus narrat sententias eum morales putat effinxisse, quibus haec duo voluerit nos edocere [2] et malam musicam malaque colloquia

[1] Hoc errore scriptum videtur; nam Tzetzam non integrum, sed integriorem modo eo quem nos hodie habemus Procli commentarium ante oculos habuisse constat.

[2] Cf. de aud. poet. cap. 4: *ἐν μὲν γὰρ τοῖς περὶ τῆς Ἀφροδίτης διδάσκει τοὺς προσέχοντας ὅτι μουσικὴ φαύλη καὶ ᾄσματα πονηρὰ καὶ λόγοι μοχθηρὰς ὑποθέσεις λαμβάνοντες ἀκόλαστα ποιοῦσιν ἤθη καὶ βίους ἀνάνδρους καὶ ἀνθρώπους τρυφὴν καὶ μαλακίαν καὶ γυναικοκρασίαν ἀγαπῶντας*

'εἵματά τ' ἐξημοιβὰ λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐνάς'.

. . . ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς Ἥρας ἄριστα τὴν ἀπὸ φαρμάκων καὶ γοητείας καὶ μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν ἔδειξεν οὐ μόνον ἐφήμερον καὶ ἁψίκορον καὶ ἀβέβαιον οὖσαν, ἀλλὰ καὶ μεταβάλλουσαν εἰς ἔχθραν καὶ ὀργήν, ὅταν τὰ τῆς ἡδονῆς ἀπομαρανθῇ.

multum ad depravandos mores valere et amores virorum dolis mulierum et artibus excitatos non modo non diuturnos esse, sed etiam mutari consuescere in odia.

Iam si quaerimus quomodo physicam explicandi rationem, quam praeferebant Stoici, Plutarchus adhibuerit, mirum quantum videbimus eum sibi non constare. Repudiare quidem eam magis videtur quam recipere; sed exempla quae in utramque partem valeant inveniuntur. Nam reicitur quidem physica interpretandi ratio de aud. poet. cap. 4, ubi de fabulis duabus agitur, reicitur in universum de Is. et Osir. cap. 66 his verbis: *δεύτερον, ὃ μεῖζόν ἐστιν, ὅπως σφόδρα προσέξουσι καὶ φοβήσονται μὴ λάθωσιν εἰς πνεύματα καὶ ῥεύματα καὶ σπόρους καὶ ἀρότους καὶ πάθη γῆς καὶ μεταβολὰς ὡρῶν διαγράφοντες τὰ θεῖα καὶ διαλύοντες, ὥσπερ οἱ Διόνυσον τὸν οἶνον, Ἥφαιστον δὲ τὴν φλόγα. Φερσεφόνην δέ φησί που Κλεάνθης τὸ διὰ τῶν καρπῶν φερόμενον καὶ φονευόμενον πνεῦμα. ποιητὴς δέ τις ἐπὶ τῶν θεριζόντων·*

ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα κωλοτομεῦσιν·

οὐδὲν γὰρ οὗτοι διαφέρουσι τῶν ἱστία καὶ κάλως καὶ ἄγκυραν ἡγουμένων κυβερνήτην καὶ νήματα καὶ κρόκας ὑφάντην καὶ σπονδεῖον ἢ μελίκρατον ἢ πτισάνην ἰατρόν· ἀλλὰ δεινὰς καὶ ἀθέους ἐμποιοῦσι δόξας ἀναισθήτοις καὶ ἀψύχοις καὶ φθειρομέναις ἀναγκαίως ὑπ' ἀνθρώπων δεομένων καὶ χρωμένων φύσεσι καὶ πράγμασιν ὀνόματα θεῶν ἐπιφέροντες. ταῦτα μὲν γὰρ αὐτὰ νοῆσαι θεοὺς οὐκ ἔστιν. Contra in fragm. de Daed. Plat. cap. 7 quae narrantur de Iunonis a Iove mente abalienata, ea prorsus ad Stoicorum modum Plutarchus explicat Iovem et Iunonem in *πνεύματα* et *ῥεύματα* convertens, quod ipsum vetuit de Is. et

Osir. cap. 66, quem locum modo exscripsimus. Haec enim illic legimus: *ἂν μὲν οὖν ὁ Ζεύς, τουτέστιν ἡ θερμὴ καὶ πυρώδης δύναμις, αἰτίαν παράσχῃ τῆς διαφορᾶς, αὐχμὸς τὴν γῆν καταλαμβάνει· ἐὰν δὲ περὶ τὴν Ἥραν, τουτέστι τὴν ὑγρὰν καὶ πνευματικὴν φύσιν, ὕβρις τις ἢ πλεονασμὸς γένηται, ῥεῦμα ἦλθε πολὺ καὶ συνώμβρισε καὶ κατέκλυσε τὰ πάντα.* Quid quod laudibus extolluntur ibidem cap. 4 *οἱ φυσικῶς μᾶλλον καὶ πρεπόντως ὑπολαμβάνοντες τὸν μῦθον*[1]? Gravis igitur inconstantiae convictum Plutarchum habemus; de qua utut iudicabitur[2], per rationem quae Plutarcho cum Stoicis in interpretando intercedat, licere utique elucet interpretationes quae in scholiis insunt Stoicas ad Plutarchi auctoritatem revocari, quamquam pro certis eius rei testimoniis haberi nequeant.

Sed ipsas consideremus Stoicorum interpretationes quae in Procli scholiis inveniuntur. De Tzetza enim quaerere omittimus, quia nimis incertum est quid Proclo debeat, quid ipse ex Stoicorum doctrina adsciverit; nam gnarum eum fuisse Stoicorum interpretationum physicarum cum omnia eius scripta demonstrant tum vel maxime exegesis quam scripsit Homeri. Ibi enim (ed. Hermann) p. 55, 5 legitur Iunonis quidem numinis interpretatio haec duplex: *οἷον Ἥρα ἐπὶ μὲν τῶν στοιχειακῶν ὁ λεπτομερὴς καὶ πυρώδης τυγχάνων ἀήρ· ἐπὶ δὲ τῶν ψυχικῶν νοεῖται ψυχὴ ἢ ἀνδρεία, ὅπερ ἐστὶν μέρος ψυχῆς*, quam Stoicam esse docet Flachius (l. l. p. 66 et 68). Alia suppeditat Flachius p. 61 et 71. In adnotationibus vero Moschopuli Stoica nisi admodum trita et ubivis vulgata non exstant.

[1] Plures Plutarchi interpretationes physicas allegavit Baedorfius, de Plutarchi quae fertur vita Homeri (diss. Monast. 1891) p. 14 sqq.

[2] Quam inconstantiam excusare forsitan ita velis ut dicas fuisse tempus cum interpretationes physicas ille reiceret, fuisse cum amplecti eas non dubitaret. Sed haud scio an nimis benevole ita iudicetur. Nam alibi quoque inconstantem Plutarchus se praebuit (cf. Volkmann, Philos. des Plut. p. 294, 322 sq.), ita ut apparere videatur Plutarcho defuisse iudicandi constantiam ac modo admisisse eum modo repudiasse physicas interpretationes. Nec dubium est quin hoc concessurus fuerit Baedorfius (cf. p. 15 sqq. l. l.), nisi eum, ut videtur, fugisset de Is. et Osir. cap. 66.

Interpretationes igitur Stoicas invenimus a Proclo assumptas in his scholiis:

ad v. 1: *μούσας δὲ ὠνομάσθαι λέγουσιν ἀπὸ μῶσθαι, τοῦ σημαίνοντος τὸ ζητεῖσθαι, αὗται γὰρ παρεκτικαὶ παιδείας· διὰ τοῦτο Μούσας ὠνόμασαν οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα θέντες.* Hanc musarum nominis notationem, a Platone inventam (Cratyl. p. 279), in usu fuisse Stoicis documento est Cornutus[1].

ad v. 32: *τὴν γὰρ γῆν, ἀφ᾽ ἧς οἱ καρποὶ πάντες, Δήμητραν ὠνόμαζον οἱ παλαιοί*[2].

ad v. 48: *ὁ μὲν Προμηθεύς ἐστιν ὁ τοῖς ἀνθρώποις τὸν νοῦν δωρούμενος τὸν πρὸ τῶν ἀποβάσεων λογιστικὸν τῶν ἀποβησομένων.*

ad v. 84: *θεός τίς ἐστι καὶ οὗτος* (scil. Epimetheus), *λογισμοῦ μὲν αἴτιος, ἀλλ᾽ οὐ τοῦ προνοητικοῦ τῶν ἐκβησομένων, ὡς ὁ Προμηθεύς, ἀλλ᾽ ἐκείνου τοῦ μόλις ἐκ τῶν ἀποβάντων πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφοντος.* Haec fortasse composita sunt ad exemplar definitionum Stoicarum quales exstant in schol. ad theog. v. 511: *Προμηθέα, τὴν πρόνοιαν. Ἐπιμηθέα, τὴν μετὰ τὸ πρᾶξαι ἐνθύμησιν, τὸ ἀπρονόητον. οἷον ʿῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω᾽* et in schol. ad theog. v. 565: *διττοῦ γὰρ ὄντος τοῦ ἡμετέρου νοῦ, ἡ μὲν πρὸ τῶν ἔργων βουλὴ καὶ τὸ προβουλευτικόν . . . λέγεται Προμηθεύς· τὸ δὲ μετὰ τὸ κακῶς ἀποβῆναι . . ὄνομα Ἐπιμηθεὺς ἐκληρώσατο.* Licet quidem illud quoque cogitari has, quae tamquam ex nominibus ipsis nascantur, interpretationes seorsum a Stoicis compositas esse. Velut Plutarchus de Is. et Osir. cap. 3 Prometheum *σοφίας καὶ προνοίας εὑρετὴν* appellat, quod eum aliunde mutuatum esse non est quod putemus.

ad v. 50: *τὸν Ἰαπετὸν θεὸν οἰητέον εἶναι νοερόν, αἴτιον πάσης τῆς πτηνῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὀξυτάτης ταύτης πάσης κινήσεως· διὸ καὶ Ἰαπετὸν κληθῆναι παρὰ τὸ ἵεσθαι καὶ πέτεσθαι ὑπὸ τῶν θεολόγων*[3].

[1] Cf. cap. 14: *καλοῦνται δὲ μοῦσαι ἀπὸ τῆς μώσεως, τουτέστι ζητήσεως.*

[2] Cf. Cornut. cap. 28: *ἑξῆς δὲ καὶ περὶ Δήμητρος καὶ Ἑστίας, ὦ παῖ, λεκτέον· ἑκατέρα δ᾽ ἔοικεν οὐχ ἑτέρα τῆς γῆς εἶναι.*

[3] Cf. quas definitiones Stoicas Flachius collegit (l. l. p. 43), schol.

ad v. 77: *πῶς ἄνω μὲν Ζεὺς Ἡφαίστῳ ἐκέλευσεν ἐνθεῖναι φωνήν, νῦν δὲ ὁ Ἑρμῆς ἐντίθησι; ῥητέον οὖν ὡς τὸ μὲν ἐνδιάθετον ἐκεῖνος, τὸ δὲ προφορικὸν ὁ Ἑρμῆς ἐντίθησιν.* Haec duplicis sermonis distinctio a Stoicis profecta est; cogitarat quidem de re iam Aristoteles (anal. post. I 10 p. 76 b 24), sed non verbis eam expresserat tam subtiliter et adstricte [1].

ad v. 105: *οὐ δυνατόν ἐστι τοῦ Διὸς νοῦν ἐκκλῖναι, ὅ ἐστι τὴν εἱμαρμένην· ταύτην γὰρ οἱ Στωικοὶ Διὸς νοῦν προσηγορεύκασιν.*

ad v. 254: *ἡ Δίκη . . παῖς δὲ τοῦ Διός, διότι νομοθέτης οὗτός ἐστι κοσμικὸς ὡς ἄρχων καὶ βασιλεὺς τῶν ὅλων* [2].

ad v. 381: *ὁ μὲν οὖν Ἄτλας . . δυνάμεις εἰληχὼς διοριστικὰς οὐρανοῦ καὶ γῆς, δι' ἃς ὁ μὲν ἐξηρμένος τῆς γῆς περὶ αὐτὴν δινεῖται τὸν ἀεὶ χρόνον* [3].

Haec igitur, quae Stoicorum rationem prae se ferunt, examinare nunc in animo est, si quid forte eorum Plutarcho tribuendum sit. Atque quod primum fecimus musarum nominis veriloquium sive ex ipso Platone huc transcriptum est sive Stoico cuidam auctori debetur, a Plutarcho alienum videtur [4] esse; is enim, ut

---

ad theog. v. 565: *καὶ Ἰαπετὸν τὴν κίνησιν αὐτοῦ, παρὰ τὸ ἵεσθαι καὶ πορεύεσθαι. ὁ γὰρ οὐρανὸς ἀεικίνητός ἐστι;* etym. Gud. 269: *παρὰ τὸ ἵεσθαι καὶ πέτεσθαι.*

[1] Cf. Zeller, Philosophie der Griechen [3], III 1 p. 67, 1.

[2] Stoica haec esse videntur propter Cornuti cap. 9: . . . *διέταξεν* (scil. *ὁ Ζεὺς*) *εἰς πᾶσαν δύναμιν καὶ σχέσιν καὶ πάντων αἴτιος καὶ ἐπόπτης ἐστίν. οὕτω δ' ἐρρήθη καὶ τῆς Δίκης πατὴρ εἶναι.*

[3] Cf. Cornut. cap. 26: *τὸν Ἄτλαντα ἀταλαιπώρως ἀποδιδόντα τὰ κατὰ τοὺς ἐμπεριεχομένους ἐν αὐτῷ λόγους γινόμενα καὶ οὕτω καὶ τὸν οὐρανὸν βαστάζοντα, ἔχειν δὲ κίονας μακρὰς τὰς τῶν στοιχείων δυνάμεις, καθ' ἃς τὰ μὲν ἀνωφερῆ ἐστι, τὰ δὲ κατωφερῆ· ὑπὸ τούτων γὰρ διακρατεῖσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.*

[4] Videtur, inquam. Nam pro certo affirmari nequit. Etenim *τοῦ χάους* quidem duas etymologias affert, unam qua a *χανδάνειν*, ut videtur, deducitur in quaest. conv. V 5, 2: *εὐδοκιμεῖ δὲ θαυμαστῶς καὶ Ἡσίοδος εἰπών·*

ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ'·

χώραν γὰρ ἔδει καὶ τόπον προυποκεῖσθαι τοῖς γενομένοις, alteram ex qua a

supra vidimus, aliter nomen explicabat, *μούσας* ut *ὁμοῦ ἀεὶ οὔσας* a Graecis nominatas esse dicens. Neque in reliquo scholio quicquam inest quod Plutarchi nos admoneat.

Quae deinde de sermone et a Vulcano et a Mercurio Pandorae indito dicuntur (ad v. 77) Proclo ipsi Flachius adscribit (l. l. p. 71), exponens non multum fuisse discriminis inter Stoicorum et Academicorum recentiorum illiusmodi interpretationes. Quod si ita est, etiam ceteras huius generis interpretationes Proclo ipsi deberi non immerito suspiceris. Plutarchi quidem scholium ad v. 77 non est, qui *τοῦ λόγου ἐνδιαθέτου καὶ προφορικοῦ* mentionem inicit cum princ. phil. cap. 2 *ἐνδιάθετον*, non *προφορικόν*, ut scholiasta, Mercurio attribuens, sed eam divisionem frivolam esse dicit.

Tertium in disceptationem venit scholium versus 105; quod num a Plutarcho profectum sit iure dubitaveris. Cum enim nunquam videas Plutarchum ita ut in scholio in Stoicorum fidem et dicionem se permittere, tum vel minime iis assentitur quae ad principalem eorum doctrinam maxime pertinent. Cum enim Stoici omnia fati necessitate fieri credant eamque necessitatem Iovis consilio aequiparent, Plutarchus contra de aud. poet. cap. 6 dicit poetas *Διός* nomen ponentes modo intellegere ipsum deum, modo fortunam, modo fati necesitatem, quo evidens fit ex eius sententia non omnia hac necessitate, sed etiam quaedam dei numine, alia fortunae fieri .

Ut igitur summam huius disputationis faciamus, haec duo iam cognita habemus: primum Proclum ipsum a Stoicis in allegorico interpretationum genere ex parte non adeo diversum fuisse; deinde de duobus quidem scholiis Stoicis, quae ad vv. 77 et 105 adscripta sunt, constare, de uno, versus [1] scholio, ve-

---

voce *χύσις τὸ χάος* ab Hesiodo nominatum est aqu. an ign. ut. cap. 1: *τοῖς πλείστοις γὰρ ὠνομακέναι* (scil. Hesiodus) *δοκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον* (scil. *τὸ χάος*) *παρὰ τὴν χύσιν.*

[1] Cf. de aud. poet. cap. 6: *πολλῶν οὖν οὕτω λεγομένων εἰδέναι δεῖ καὶ μνημονεύειν ὅτι καὶ τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι ποτὲ μὲν τὸν θεόν, ποτὲ δὲ τὴν τύχην, πολλάκις δὲ τὴν εἱμαρμένην προσαγορεύουσιν.*

risimile esse ea ad Plutarchi auctoritatem non esse revocanda. Praeterea qui reputabit ex omnibus scholiis quae aut tota aut ex parte Plutarcho potuerunt restitui allegoriarum Stoicarum nec volam inveniri nec vestigium, eum credimus concessurum esse interpretationes Stoicas quae insunt in scholiis Plutarcho potius abiudicandas esse quam adiudicandas. Sed aequo fidentius loqui nolumus: hoc tamen utique nobis concedetur nimium esse illud Flachii iudicium a quo profecta est haec disputatio et inesse in scholiis Stoica quae Plutarcho non debeantur.

A Stoicis igitur pauca petivisse Plutarchus videtur, petivit haud dubie multa a criticis Alexandrinis, et ea quidem pleraque ab Aristarcho et Aristonico. Utriusque autem studiorum Hesiodeorum reliquias quae insunt in scholiis collegit Flachius[1] rationibus etiam explicatis quibus in scholia illas illatas esse putaret. Possunt autem omnino illatae esse modo triplici, ita ut partim Plutarcho debeantur, partim Proclo, partim scholiorum compositori[2]; qui viri tres pariter in disceptationem veniunt, nec de uno demonstrari potest ad eum non pertinere adnotationes Alexandrinas. Quantum vero earum unusquisque attulerit aut magnopere fallimur aut nunquam omnino diiudicabitur. De Plutarcho quidem hoc fortasse cuipiam contigerit ut ex uno alterove scholio in quo Alexandrina insunt quaedam Plutarchi esse quacunque ratione ostendat atque ita Alexandrina quoque illa Plutarcho deberi reddat verisimile[3]. Nos nihil aliud ad hanc

[1] Jahrbücher für Philologie CXV, p. 433 sqq.

[2] Eam enim scholiorum congeriem quae Procli nomine fertu qualis nunc exstet non a Proclo, sed ab alio quodam homine postero conglutinatam esse constat. Cf. Scheerii l. l. p. 6 sq.

[3] Hac tamen veri similitudine certe destituuntur duo eiusmod scholia. Unum est schol. ad. v. 731, Plutarcho datum a Wyttenbachio omissa ea quae in fine legitur Aristonici (cf. Flach. in l. l. ad h. v.) adnotatione: *ἑστίῃ κυρίως μὲν τῇ ἑστίᾳ, οὐχ ὡς θεᾷ, νῦν δὲ ἐπὶ τοῦ πρώτου τῷ ἐν τῷ οἴκῳ βωμῷ*, quae sane additamenti speciem prae se fert. Alterum est schol. ad v. 733; quod nos (p. 48 sq.) Plutarcho reddidimus praeter notam Aristonici (cf. Flach. in l. l. ad h. v.): *τάφος γὰρ λέγεται τὸ περίδειπνον, ὡς Ὅμηρος 'δαίνυ τάφον Ἀργείοισι'*. Quae quin a Plutarcho aliena sit dubium non est, cum eum *τάφος* funus intellexisse scholium doceat.

quaestionem explicandem conferre possumus quam eorum qui possunt Plutarcho attribui locorum numerum angustioribus circumscribere paulo finibus.

Primum enim scholia Alexandrina quibus vox *ἄλλως* praefixa est a Proclo et Plutarcho maximam partem aliena sunt censenda[1], cum ea a compositore scholiorum aut ab aliis postea addita esse appareat. Idem cadit in adnotationes satis ieiunas quae incipiunt a verbis *σημεῖον ὅτι* vel *σεσημείωται ὅτι* et in eas quibus hae notae restituendae sunt, cum ne verbum quidem additum sit probandi vel improbandi. Quippe Plutarchus aliorum iudicia quae allegabat cur sibi placerent aut displicerent fusius explicare solebat.

Quoniam de studiorum Plutarchi Hesiodeorum reliquiis quae in scholiis exstant quantum potuimus explorare conati sumus, nunc de illorum modo ac ratione ita dicemus ut ea quoque quae in ipsius scriptis insunt Plutarchi studiorum Hesiodeorum vestigia perlustremus. Haec autem studia, quae et in explicandis et in emendandis verbis poetae posuit, priusquam singillatim perpendamus, unum universe de eis dicendum est quod reprehensione dignum videatur, inconstantiam magnam in eis comparere. Saepius enim quod iudicium qualecunque est hic fecit illic neglegit sententiam pronuntians diversam illi atque contrariam. Sic opp. v. 370 (Goettl.):

μισθὸς ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω

in commentario contra alios ut Hesiodeum retinendum censet[2], eundem Plutarcho abiudicat in vit. Thes. cap. 3[3].

Opp. v. 313 (Goettl.):

πλούτῳ δ᾽ ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ

de aud. poet. cap. 6 ita interpretatur ut *ἀρετή* pro gloria, po-

[1] Cf. Patzigii l. l. p. 23.

[2] Cf. Procl. ad. v. 353: *τούτους δέ τινες στίχους* (scil. 370 et 371) *ἐξέβαλον. ὁ δὲ Πλούταρχος ἐγκρίνει.*

[3] *Καὶ μίαν γε τούτων γνωμολογίαν ἐκείνην λέγουσι Πιτθέως εἶναι*

μισθὸς δ᾽ ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

τοῦτο μὲν οὖν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος εἴρηκεν.

tentia, felicitate accipiendum esse dicat [1]; contra in scholio ad h. v. adscripto [2] πλοῦτον intellegens tantummodo divitias eas quae proprio labore iuste comparatae sint difficultatem expedire studet.

Opp. v. 376 (Goettl.):

μουνογενὴς δὲ πάϊς οἶκον πατρώιον εἴη
φερβέμεν

in scholio ad h. v. dicit [3] suaderi ut unus filius ex pluribus fortasse heres constituatur; qua interpretatione procul habita de frat. am cap. 6 [4] Hesiodum vituperat, quod unicum filium, non plures procreari iubeat.

Haec sufficiant exempla, quibuscum ceteri qui adduci possunt generis eiusdem loci etiam hoc commune habent ut utram interpretationem Plutarchus ratam esse velit prorsus in incerto relinquant.

Artem vero criticam qualem Plutarchus exercuit vel obiter consideranti hoc statim persuadebitur ex parte eam nullo modo probandam esse; tanta licentia et temeritate utitur in versibus poetae eiciendis. Illam autem artem qua voces corruptae ex coniectura emendantur Plutarchus non videtur factitasse, sed tantum modo versus aut a poeta abiudicasse aut contra aliorum suspiciones defendisse. Quod utrumque quomodo egerit nunc videamus. Et praecipua quidem causa suspicandi et delendi oriebatur ei ex opinione quam de operibus poetarum praesumpserat, nihil aliud ea spectare quam ut mores legentium emendarent et excolerent; cui consilio quae in Hesiodi carminibus

---

[1] *Μὴ καθήσθω τοὺς πλουσίους ἐκπεπληγμένος καὶ τεθηπώς, καθάπερ ὤνιον εὐθὺς ἀργυρίου τὴν ἀρετὴν ἔχοντας, μηδ' ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὴν αὐτοῦ φρόνησιν αὔξειν ἢ κολούειν νομίζων· ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἢ δυνάμεως ἢ εὐτυχίας ἢ τινος ὁμοίου τῇ ἀρετῇ κεχρῆσθαι τὸν ποιητὴν ἡγείσθω.*

[2] Cf. p. 28.

[3] Cf. p. 20 sq.

[4] *Ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐκ εὖ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι, καὶ ταῦτα τῶν μουσῶν γεγονὼς μαθητής, ἃς ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας οὕτως ὠνόμαζον μούσας.*

adeo non convenire existimabat ut ad eos depravandos potius quam ad castigandos valere, aut musa illa quam unice venerabatur praeceptrice indigna esse viderentur, ea omnia eximere non dubitavit. Emendare igitur poetae opus sibi visus vv. 267—273 (Goettl.):

πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας
καί νυ τάδ', αἴκ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται, οὐδέ ἑ λήθει
οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.
νῦν δὴ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
εἴην μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.
ἀλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον

utpote indignum Hesiodo de iustitia et iniustitia exhibentes iudicium expunxit. [1] At non est quod deleantur. Nam priores tres haud dubie pertinent ad iudicium quod iudices Ascrae de fratribus litigantibus iniuste fecerant ideoque utique sunt retinendi. Sed etiam qui sequuntur versus quattuor nobis quidem nimis proprii coloris videntur esse quam ut ab interpolatore profectas eas existimemus. Quamquam illos uno tenore vix secuti sunt, quippe qui prorsus alium animi statum poetae designent quam qui antecedunt tres. Sed possunt retineri, si cum Kirchhoffio novum carmen ab eis ordiri [2] ponimus. Nam quod Plutarchus in eis vituperabat non magni momenti est. Quis enim est qui neget potuisse poetam iniuria accepta incensum abripi in acerbam illam exclamationem qualem quisquis est ingenii paulo acrioris vix omnino cavebit.

---

[1] Apud. Procl. ad v. 267: *τὸ μὲν λεγόμενον φανερόν· εἰ μὴ ἔστι δίκη καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ἀδίκων μηδ' ἕξουσί τι πλέον οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων ἐν τῷδε τῷ παρόντι ὃ ἐφορᾷ ὁ Ζεύς, μήτ' αὐτὸς εἴην δίκαιος μήτε παῖς ἐμός· δίκης γὰρ οὐκ οὔσης ὄνομα μόνον ἔσται τὸ δίκαιον. εἰ δὲ δὴ καὶ αἱρετὸν τὸ δίκαιον* (scr. pro *τὸ δίκαιον καὶ αἱρετόν*), *κἂν ⟨ᾖ κἂν⟩ μὴ ᾖ πρόνοια, καὶ φευκτὸν τὸ ἄδικον, δῆλον ὅτι πᾶς οὗτος ὁ λόγος περιττός. διόπερ ὁ Πλούταρχος τοὺς ἑπτὰ τούτους στίχους ἐκβάλλει . . ὡς ἀναξίους τῆς Ἡσιόδου περὶ δικαίων καὶ ἀδίκων κρίσεως.*

[2] Hesiodos Mahnlieder an Perses p. 57.

In versibus 353 et 354 (Goettl.):

τὸν φιλέοντα φιλεῖν καὶ τῷ προσιόντι προσῖμεν
καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ

offendit Plutarchus, quod nos vetare videantur dare, priusquam acceperimus, et postquam acceperimus, dona necessaria faciant sive dare nos cogant.[1] Quod iudicium miramur facere Plutarchum eundem qui v. 355:

δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν

sententia praeditum consimili elegantissime illustrare sciat. Proclus enim ad h. v. haec de Plutarcho refert: *εἰκάζει τοὺς τοιούτους ὅσοι προαίρεσιν δωρητικὴν ἔχουσι τοῖς σφαιρίζουσιν, οἳ λαβόντες τὴν ὑφ' ἀλλήλων ῥιφεῖσαν σφαῖραν οὔτε κατέχουσι οὔτε ἀντιπέμπουσι τοῖς μὴ εἰδόσι σφαιρίζειν, ἀλλὰ τοῖς ἀντιπέμψαι δυναμένοις.* Quominus autem in similem modum sicut licebat vv. 354 et 355 explicaret, Plutarchum prohibuit anxietas quaedam ceteroqui ei aliena quam ad hos versus interpretandos videtur attulisse. Negat enim qui amare amantem iubeatur (*τὸν φιλέοντα φιλεῖν*) scire posse isne quem amaturus sit amori responsurus sit amore, ideoque dicit dubitaturum illum esse initium facere amandi; idemque nimirum cadere in cetera quae imperentur: *τὸ προσιέναι, τὸ διδόναι, τὸ μὴ διδόναι.* Quod quam argute excogitatum sit apparet. Nihil enim aliud qui hos versus pepigit suadet quam ut eum ames quem amore erga te teneri putes et benefacias ei quem tibi benefacturum scias. Poetae autem quisquis erat condonare debebat Plutarchus simplicem illam elocutionem[2]. Neque minus argutatur hos versus vituperans, quod beneficia reddant necessaria. Nempe nihil aliud

[1] Vid. Procl. ad h. vv.: *τούτους ὁ Πλούταρχος ἐκβάλλει τοὺς στίχους. ὁ γὰρ μέλλων λέγειν ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς τὸ διδόναι προσήκει καὶ ὡς χαίρουσι διδόντες ἄτοπος ἂν εἴη λέγων καὶ διδόναι τῷ διδόντι καὶ μὴ διδόναι τῷ μὴ διδόντι· οὕτω γὰρ ἂν τὰς δόσεις ἀναγκαίας ἐποίει, τὰς δὲ προκαθηγουμένας τῶν εὐεργεσιῶν ἐξέκοψεν.*

[2] Itidem canit poeta nostras Mirza Schaffy in c. 64:

Ich liebe die mich lieben
Und hasse die mich hassen.

quam grati esse memoresque eis iubemur. Itaque a Plutarchi quidem suspicionibus hos versus defendendos esse, Hesiodeos tamen ne nos quidem eos putamus propterea quod vv. 327—382 omnes ab Hesiodo alienos esse censemus. Nihil enim ad Hesiodi cum fratre rem pertinent.

Versum 375 (Goettl.):

ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσιν

cur Plutarchus loco moveri voluerit quamquam ex scholiis non intellegitur[1], tamen a vero vix aberrabimus sententiam versus mulierum generi quam maxime infensam nimis ei displicuisse existimantes. Erat enim ipse, ut imprimis coniugalia praecepta quae composuit docent, magna mulierum reverentia imbutus, ita ut talem illis iniuriam illatam non facile pateretur. Sed hoc non satis causae erat cur versus expungeretur. Abiudicamus tamen nos quoque eum ab Hesiodo eadem quam modo diximus causa.

Versus 757—759 (Goettl.):

μηδέποτ' ἐν προχοῇ ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων
μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι,
μηδ' ἐναποψύχειν· τὸ γὰρ οὔτοι λώϊόν ἐστιν

Plutarchus viles et indignos putat musa Hesiodea[2]; quod iusto licentius statuit; poterant enim Hesiodi aetatis hominibus praecepta illa ne minimum quidem futilia videri. Namque solent temporis decursu mutari hominum opiniones de eis maxime quae decere existimantur vel dedecere. Quamquam Hesiodo ne nos quidem versus a Plutarcho culpatos tribuimus, quia Hesiodi opus in v. 694 finem habere censemus. Quae enim sequuntur in universum dicta esse neque ad Persen quadrare apparet.

Gravi igitur vitio Plutarchi *διόρθωσιν* laboravisse fatendum est; qua enim optimus quisque criticus maxime excellere debet facultate penetrandi in mentem scriptoris suasque ipsius opiniones procul habendi, ea Plutarchus prorsus destituebatur.

[1] Nihil dicit Procl. ad h. v. nisi: *τοῦτον Πλούταρχος χαράττει τὸν στίχον.*

[2] Vid. Procl. ad h. l.: *ταῦτα διαγράφει Πλούταρχος ὡς εὐτελῆ καὶ ἀνάξια παιδευτικῆς μούσης.*

Reliqui versus quos damnavit Plutarchus hi sunt:

Vv. 244 et 245 (Goettl.), quos cum proximis versibus exscribimus:

οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν· μινύθουσιν δὲ οἶκοι
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου· ἄλλοτε δ᾽ αὖτε
ἢ τῶνγε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅγε τεῖχος
ἢ νέας ἐν πόντῳ Κρονίδης ἀποτίνυται αὐτῶν,

qua de causa Plutarchus deleverit a Proclo non docemur[1]. Delemus eos et ipsi, idque duabus de causis: primum eos versus non omnibus libris traditos esse Plutarchus testatur (id quod is quidem non pro causa videtur habuisse eos eiciendi), deinde verba languida *ἄλλοτε δ᾽ αὖτε* manifesto redolent officinam interpolatoris, qui ita versus 244 et 245, sui ingenii fructum, conglutinare volebat cum versibus qui sequuntur.

Versus 317 et 318 (Goettl.):

αἰδὼς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
αἰδώς, ἥτ᾽ ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ᾽ ὀνίνησιν

eiecit propterea quod ex Homero in Hesiodum illati essent[2]. Quod praepropere iudicatum est: tales enim sententias tamquam proverbia in ore hominum fuisse indeque a compluribus simul poetis repetitas esse et usurpatas et interdum etiam mutatas perquam verisimile est; eiusmodi autem est v. 317.

Legitur enim leviter immutatus in Od. XVII 347:

αἰδὼς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

Alter extsat in Il. XXIV 44:

ὡς Ἀχιλεὺς ἔλεον μὲν ἀπώλεσεν, οὐδὲ οἱ αἰδὼς
γίγνεται, ἥτ᾽ ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ᾽ ὀνίνησιν.

Hic vero cum pudoris absentia vituperetur, ineptum esse eundem noxium dici iam veteres critici intellexerunt atque censu-

[1] Vid. Procl. ad v. 240: *δεῖ δὲ συνάπτειν τῷ*
λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί
τοὺς ἐν τοῖς πολλοῖς φερομένους ὑπερβάντα δύο στίχους ⟨τὸ⟩
ἢ τῶνγε στρατὸν ⟨εὐρὺν⟩ ἀπώλεσεν
καὶ τὰ ἑξῆς. οὕτω Πλούταρχος.

[2] Vid. Procl. ad h. l.: '*αἰδὼς δ᾽ οὐκ ἀγαθή.*' *καὶ τοῦτον καὶ τὸν ἑξῆς στίχον παρεμβεβλῆσθαι ληφθέντας ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Πλούταρχος εἶπεν.*

erunt hunc versum ex Hesiodo translatum esse in Homerum[1]. Quae probabilior quam Plutarchi est sententia, sed nobis ne Hesiodi quidem esse videtur hic versus; nam verbis quibus hic Persen ad laborem incitavit apte quidem addere poterat homini egeno pudorem non conducere, sed, ut cum hac sententia convenit nocere pudorem, ita ab ea discrepat eundem prodesse: dicere saltem sic debebat: 'non utilis est homini egeno pudor, qui hominibus non solum prodest, sed etiam nonnunquam nocet'. Quae cum ita sint, hunc versum nos quoque perperam additum esse existimamus, sed alia quam Plutarchus causa permoti.

Versum 378 (Goettl.), quem sic legit:

γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ᾽ ἐγκαταλείπων,

Plutarchus delevit, quod intellegi non posset et supervacaneus esset[2]. At non eiciendus erat versus, sed emendandus. Inepta enim est secunda persona, sed restituenda tertia, quod Schoemannus fecit *θάνοις* mutato in *θάνοι*[3]. Ita hic versus aptissime applicatur vv. 376 et 377:

μουνογενὴς δὲ πάις οἶκον πατρώιον εἴη
φερβέμεν· ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.

Scribere vero *σφέτερον* pro *ἕτερον* non opus erat[4].

Versum 561 et qui sequuntur duos (Goettl.):

ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν
ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰσόκεν αὖτις
γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ

Plutarchus eiecit[5], haud scio an propterea quod eos non intellegebat. Et est aliquantum in eis difficultatis; verba enim *ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα* difficillima sunt ad explicandum.

[1] Cf. Aristonic. ed. Friedlaender p. 341. Hentzeum in Append. ed. Ameisianae ad. h. l.

[2] Vid. Tzetz. ad. v. 376: *οἱ περὶ Πρόκλον καὶ Πλούταρχον ἀδιανόητον τοῦτό φασι καὶ περιττόν.*

[3] Cf. comment. critic. ed. Schoem. p. 40.

[4] Cf. adn. novissimae ed. Goettl.

[5] Vid. Procl. ad v. 559: *τοῦτον καὶ τοὺς ἑξῆς δύο διαγράφει Πλούταρχος.*

Schoemannus quidem non ita fidenter haec dicit (p. 51): 'Interpretandi viam non aliam esse video nisi ut illud *ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα* alimentorum tantum respectu dictum intellegamus, h. e. sic noctes et dies inter se aequandas esse ut proportione aequus utrique et conveniens alimentorum modus tribuatur. Haec proportio qualis sit ex laboris et quietis comparatione colligendum erit'. Ex quibus si 'utrique' recte ad 'dies et noctes' referimus, non videmus qui fieri possit ut nocti alimenta tribuantur. Nobis quidem hic versus, qui nisi per vim explicari non potest, valde suspectus est. Itaque Plutarchum hos quidem versus non sine causa spurios putavisse arbitramur.

Versus 650—662 (Goettl.):

οὐ γάρ πώποτε νηί γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος, ᾗ ποτ' Ἀχαιοί
μείναντες χειμῶνα πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ἑλλάδος ἐξ ἱερῆς Τροίην ἐς καλλιγύναικα.
ἔνθα δ' ἐγὼν ἐπ' ἄεθλα δαΐφρονος Ἀμφιδάμαντος
Χαλκίδα τ' εἰς[1] *ἐπέρησα· τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ*
ἄθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες· ἔνθα μέ φημι
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.
τὸν μὲν ἐγὼ Μούσαις Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα
ἔνθα με τὸ πρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.
τόσσον τοι νηῶν γε πεπείρημαι πολυγόμφων·
ἀλλὰ καὶ ὣς ἐρέω Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο·
Μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν

Plutarchus delevit, quippe qui nullam utilitatem haberent et nugatorii essent, idque iudicium[2] fere omnibus editoribus criticisque placuit excepto uno Kirchhoffio. Hunc nos sequi malumus. Nam in ea re quod poeta, quamvis se non peritum rei navalis esse fateatur, tamen fratrem se dicit de ea re edocere

[1] Ita manifesto scribendum est pro *εἰσεπέρησα*. Cf. Steitz, die Werke und Tage des Hesiodos p. 160.

[2] Vid. Procl. ad v. 648: *ταῦτα πάντα περὶ τῆς Χαλκίδος, τοῦ Ἀμφιδάμαντος καὶ τοῦ ἄθλου καὶ τοῦ τρίποδος ἐμβεβλῆσθαί φησιν ὁ Πλούταρχος οὐδὲν ἔχοντα χρηστόν.*

velle divino spiritu inflatum, quis in hac re offendet qui quantum suo muneri vates antiqui tribuerent meminerit? Itaque caveamus ne sicut Steitzius ac fortasse Plutarchus quoque nostro sensui nimis indulgentes de arrogantia horum versuum et iactatione queramur. Deinde quam dubitationem moverunt de ea re quod iter ab Aulide ad Euboeam confectum navigatio per vastum mare appellatur, ea ne Steitzius quidem, qui hos versus damnat, movetur, qui negat verba *εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος* vi exceptionis referenda esse ad versum qui praecedit:

οὐ γὰρ πώποτε νηί γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον

atque sic vertere videtur: nunquam navigavi per vastum mare, tantum Aulide in Euboeam navigavi. Quod non improbabit qui cum Steitzio reputat cum pondere poetam dicere *οὐ γὰρ πώποτε ἐπέπλων κ. τ. λ.* Porro Goettlingio v. 683:

οὐ γὰρ ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένος ἐστίν (scil. *ὁ πλοῦς*)

evincere videtur saepius navigasse Hesiodum, ita ut hi versus qui unicam Hesiodi navigationem referant genuini esse non possint. Quod tantum abest ut verum sit, ut tale dictum etiam eius esse possit qui nunquam navi vectus pericula maris timeat ideoque iis vitam suam committere nolit. Quae cum ita sint, Plutarchum ne hic quidem laudare possumus, praesertim si revera non diligentius quam Proclus tradit iudicium stabilivit.

Unum exemplum versuum a Plutarcho contra alios defensorum[1] habemus: sunt vv. 370 et 371 (Goettl.):

μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.

Sed dolendum est eorum qui hos versus damnaverunt causas Plutarchum nec afferre nec refellere. Ceterum in vita Thesei (cap. 3) priorem quidem versum Pittheo, Thesei avo, adiudicavit[2] testimonium secutus Aristotelis. Nos nimirum hos quoque versus eicimus una cum tota versuum serie quae pertinet a. v. 327 ad v. 381.

[1] Vid. Proclum ad v. 354: *τούτους δέ τινες τοὺς στίχους ἐξέβαλον. ὁ δὲ Πλούταρχος ἐγκρίνει.*

[2] Cf. p. 133.

Ut igitur correcturas Plutarchi ex parte probare non poteramus, ita ne interpretandi quidem eius rationes omnibus numeris nobis satisfaciunt. Quae disputatione exponentur tripartita: primum enim qualem Hesiodo consuetudinis loquendi iudicem Plutarchus se praebuerit dicemus; deinde quomodo res verbis poetae subiectas illustraverit; denique quam curam posuerit in sententiis poetae eorumque conexu perspiciendis.

Ac primum quidem voces singulas ab Hesiodo usurpatas non minus ipsas recte eum intellexisse quam coniunctarum inter se rationes grammaticas perspexisse, si nihil haberent quo a communi usu discederent, consentaneum est homini Graeco. Sed etiam ubi minus usitata explicanda erant Plutarchus se praestitit interpretem haud spernendum. Sic nomen *ἐσθλός* pro 'locuples' accipiendum in v. 214 (Goettl.):

ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
ῥηιδίως φερέμεν δύναται

recte perspexit (cf. p. 18). Atque de aud. poet. cap. 6 in v. 313:

πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ

vocem *ἀρετή* probabiliter existimat pro potentia vel gloria positam esse (cf. p. 61). Illic etiam verbum *αἰνεῖν* in v. 643:

νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι

vim recusandi habere (cf. p. 27) et *κακότητα* in v. 287:

τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι

pro malitia accipiendum esse [1] itidem praeclare exponit. Porro recte vocem *ἰλαδόν* explicare videtur, quam significare ad h. v. adnotat *τὸ πᾶσαν ἐγκολπίσασθαι κακίαν ὁμοῦ*. Quod vero nomen *φηλήτης* in adnotatione ad v. 373 (Gaisf.):

ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσιν

ab *ὑφελεῖν* derivat [2], hoc ei probro non dandum: totam enim antiquitatem claudicare in veriloquiis compertum habemus.

[1] *Καὶ γὰρ τῇ κακότητί ποτε μὲν ἰδίως σημαίνουσι κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς ὡς Ἡσίοδος·*
τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι.

[2] *Σημαίνειν δὲ τοὺς φηλήτας τοὺς ἀφαιρεῖσθαί τι καὶ ἐκφορεῖν ἐθέλοντας, παρὰ τὸ ἀφαιρεῖν καὶ ὑφελεῖν τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς τεθέντος.*

Neque Plutarchum fugit, si quid minus proprie dixit Hesiodus; velut non omittit mentionem facere vocis *ὁπλή* ab Hesiodo de bove usurpatae [1]. Sed eam vim quam in versu 312 (Gaisf.):

δαίμονι οἷος ἔησθα· τὸ δ' ἐργάζεσθαι ἄμεινον

nomini *δαίμων* tribuit (cf. p. 38), idem esse ponens atque *βίος*, debebat confirmare exemplis. Neque minus in eadem adnotatione interpretatio grammatica dubitationi obnoxia videtur esse. Res non prorsus plana est. Si enim Plutarchus *ἔησθα* accepit pro coniunctivo, bene est (nam talia enuntiata et sine particula *ἄν* et cum ea poetis epicis in usu fuisse notum est), nisi quod coniunctivi forma *ἔῃσθα* neque apud Hesiodum neque apud Homerum neque usquam alibi quantum video legitur [2]. Sin tempus imperfectum subesse existimavit, interpretatio grammatica stare nequit. Utrum autem senserit discerni non potest. Quae enim in scholio versus circumlocutio *ὁποῖος ἂν ἑκάστῳ τυγχάνῃ βίος ἀποδεδομένος* ab eo profertur lucem non affert ob id ipsum quod est circumlocutio. Prorsus autem ratio displicet ea qua versus 557 (Gaisf.):

τῆμος τὤμισυ βουσίν, ἐπ' ἀνέρι δὲ πλέον εἴη
ἁρμαλιῆς

structuram grammaticam sibi videtur explicare (cf. p. 43). Etenim *τὸ ἥμισυ* et *πλέον* iungi vult et Hesiodum praecipere ut et bobus et servis alimentorum solitorum plus quam dimidium addatur. Hac autem interpretatione praeterquam quod notionem addendi (*τοῦ προστιθέναι*) Hesiodo ultro obtrudit, prorsus neglegit vim adversativam particulae *δέ*. Quae etiamsi interdum sententiis duabus conectendis adhibeatur, cum oppositionis notio procul habeatur, duo vocabula ita conectere non solet, sed inter se opponere.

Plurimum vero laudis commeruit Plutarchus in rebus ad quae poetae verba pertinebant explicandis illustrandisque. Quippe

[1] Vid. schol. ad v. 483: *τὴν μὲν οὖν ὁπλὴν ἐπὶ βοὸς ῥηθεῖσαν, ἢ οὐκ ἔστι τῶν μονωνύχων, συγγνώμης ἀξιωτέον.*

[2] Cf. Kruegeri art. gramm. II 38, 2, 3.

multarum rerum usu praeditus erat, et plurimae in eo erant litterae, neque eae vulgares, quod utrumque non paulum eum iuvit in interpretando poeta. In promptu igitur ei erat multorum populorum urbiumque velut Atheniensium [1], Lacedaemoniorum [2], Aetolorum et Acarnanum, Chalcedoniorum et Byzantiorum [3], Ephesiorum [4], Aegyptiorum [5] nec non Boeotorum [6] res gestas, instituta, leges et opiniones de variis rebus varias philosophorum [7] excellentium, rhetorum [8], poetarum [9], imperatorum [10], virorum in rerum publicarum varietate praeclare versatorum [11] ad partes vocare: egregia profecto auxilia poetae illustrandi. Itaque res maiores bene explanavit. Neque neglexit viliores, quo imprimis spectat adnotatio versus 421 sqq. [12], qua de compositione aratri agitur. Quodsi in talibus rebus, velut in pedum

[1] Cf. fragm. 18 (Duebn.).
[2] Cf. fragm. 42.
[3] Cf. fragm. 11.
[4] Cf. fragm. 28.
[5] Cf. scholl. ad vv. 767 et 817 (Gaisf.).
[6] Cf. fragm. 29 et 35.
[7] Inducitur Socrates in fragm. 4, 7 in schol. ad v. 463.
Timocrates et Metrodorus in fragm. 7.
Xenophanes ibid.
Zenon in fragm. 9.
Aristippus ibid.
Aristoteles in fragm. 17.
Platon in fragm. 20, 39, 40, 48.
Xenocrates in fragm. 20, 48, in schol. ad v. 704.
Panaetius in fragm. 37.
Pythagorei in fragm. 37, 38, in schol. ad v. 742.
[8] Gorgias in fragm. 48.
[9] Homerus citatur in scholl. ad vv. 238, 334, in fragm. 32; Euripides in schol. ad v. 475; Alcaeus in fragm. 33.
[10] Numa adducitur in schol. ad v. 334.
[11] Velut allegantur Themistocles et Cato in fragm. 12, Lycurgus in fragm. 20, Pittacus in fragm. 41.
[12] Vid. Procl. ad h. v.: *πολὺς ἐν τούτοις ὁ Πλούταρχος ἀμυνόμενος τοὺς γελῶντας τὸν Ἡσίοδον τῆς μικρολογίας.*

propter famem crassitudine explicanda [1] vel in statuendis corporum muliebrium defluviis [2] insunt quae hodie nobis ridicula videantur, hoc ne verbo quidem excusare opus est.

Ut autem Plutarchus laude dignus est, quod eorum quae ad poetam luculenter interpretandum necessaria erant, ut videtur, non facile quicquam omisit, ita ab ea reprehensione non prorsus vacat quod explicandi operam interdum fusius aequo exsecutus est. Cum enim interpretis boni esse existimandum sit versus poetae eis quae necesse sunt rerum explicationibus prosequi omnibus quae ab eis aliena sunt omissis, Plutarchus eo non contentus disputationes latius diffusas insuper dedit non inutiles illas quidem ac non insulsas, sed tamen non necessarias et ad rem pectinentes. Quas duplici modo proferre solet. Aut ab eo quod poeta speciale dixit sententiam universam quacunque ratione ducit, quam exemplis illustrare studet, aut ad alia eiusdem generis digreditur. Atque prius interpretandi genus luculenter repraesentatur fragmento 17 (Duebn.) Plutarchi adnotationes continente ad versum 361 sq.:

εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο
καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο,

ubi poetae verbis expositis ad disputationem devenit de proverbio *μὴ παρὰ τοῦτο* (cf. p. 15 sq.). Etiam in fragm. 37 ab Hesiodi praecepto speciali:

μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον

profectus pluribus exponit consanguineorum societates potiores esse eis quae inter alienos homines exsistant. Quod quibus exemplis illustratur Panaetii et regis cuiusdam Lacedaemoniorum [3], ea ad versum Hesiodi interpretandum nihil faciunt; quae

[1] Cf. p. 23. Ridicula sunt: *ἐκεῖνο δ' ἄρα τὸ ἄπεπτον εἰς τὸ κάτω φέρεται καὶ οὕτω δὴ παχύνει τοὺς πόδας*, et
[2] in schol. ad v. 751: *καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀέρα εἰσιοῦσι . . . ἀνάγκη τούτων ἀπολαύειν* (scil. *τῶν ἀπορροιῶν*).
[3] *Καὶ ὀρθῶς ὁ Παναίτιος πολίτην αὐτὸν Ἀθηναίων ποιεῖσθαι σπευδόντων εἶπεν τῷ σώφρονι μίαν πόλιν ἀρκεῖν. καὶ ὁ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀρκάδα τὸν ξένον εἰπόντα πρὸς αὐτὸν ὅτι φιλολάκων οἴκοι καλοῖτο, 'κάλλιόν τοι', εἶπεν, 'εἰ φιλόπολις ἐκαλοῦ μᾶλλον ἢ φιλολάκων'.*

si sola nobis tradita essent, quomodo ad verba poetae pertinerent haud facile perspiceretur.

Ratio autem altera a Chrysippo Stoico inducta diserte commendatur de aud. poet. cap. 12 (cf. p. 17). Cernitur etiam in fragm. 11 (Duebn.), ubi ad v. 348:

οὐδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη

mente addere iubemur quae alia per vicinum perire possint [1]. Tales quidem Plutarchi admonitiones patimur; aegre ferimus eum cum vituperatione dicentem (cf. p. 11) Hesiodum aequo brevius locutum esse:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων.

Hanc enim hominum inter se aemulationem quam varie describere vellet poetae arbitrio commissum erat.

Denique videamus num probe Plutarchus et Hesiodi sententias ipsas et earum inter se conexum ubique intellexerit. Hoc quaerere non supervacaneum eum putavisse liquido demonstrat fragm. 17, ubi probabiliter sententiarum conexum planum fecit (cf. p. 15 sq.): eo igitur magis mirum videtur quod aliis locis qua ratione sententiae inter se cohaereant nihil curat. Sic in fragm. 21 [2], ubi agitur de versu 380:

πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ᾽ ἐπιθήκη,

Plutarchus procul dubio *πλεόνων* pro genetivo neutrius generis accipiendum esse et de maioribus divitiis dici existimat, cum tamen manifesto illud *πλεόνων* referatur ad *πλεόνεσσι* versus proximi (379):

ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον

et genetivi obiectivi loco de pluribus filiis dictum sit in hanc

---

[1] *Ἢ οὐ μόνον τὸν κατὰ τὴν κώμην γείτονα ⟨. .⟩, ἀλλὰ τὰ κτήνη τὰ ἐν ἀγροικίᾳ ἢ πᾶν ὁτιοῦν κτῆμα.*

[2] *Μήποτε δὲ, φησὶν ὁ Πλούταρχος, ἐκεῖνο λέγει τὸ τοῦ Λάμπιδος, ὅτι πλείων μὲν ἡ φροντὶς ἐπὶ τοῦ πλείονος πλούτου· μείζων δὲ ἡ ἐπίδοσις, ἣν ἐπιθήκην εἶπεν, αὐτοῦ συναύξοντος ἑαυτὸν τοῦ πλούτου διὰ τὴν τῶν ὀργάνων εὐπορίαν καὶ τῶν ὑπηρετῶν. ὃ καὶ ὁ Λάμπις εἴρηκεν ἐρωτηθεὶς πῶς ἐκτήσατο, ʻτὸν μὲν ὀλίγον᾽, ἔφη, ʻχαλεπῶς, τὸν δὲ πολὺν ῥᾳδίως, πολλῶν ὄντων ἤδη τῶν ὑπουργούντων.᾽*

sententiam: maior est plurium filiorum cura, sed maior etiam bonorum accessio labori plurium debita. Porro in fragm. 3 (cf. p. 18) dubium non est quin Plutarchus versu 214 sq.:

ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
ῥηιδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ᾽ ὑπ᾽ αὐτῆς

docere putaverit insolentiam in potentes commissam aegre ab his ferri. At haec interpretatio vera non est. Etenim id agens ut Persen ab insolentia arceat hoc eum docet, insolentiam perniciosam esse ei qui eam committat, non solum pauperi, sed etiam diviti.

Etiam singulas sententias Plutarchus interdum non recte percepit. Velut in fragm. 20 (cf. p. 20 sq.) Hesiodum suadere putat ut unus ex filiis heres bonorum constituatur. At Hesiodus certe unicum filium procreari heredemque relinqui iussit. Atque de frat. am. cap. 20 v. 707 [1], quem in commentario recte interpretatus est [2], ita intellexit ac si Hesiodus vetaret eundem fratres duos habere amicum. At Hesiodus nos revera monet ne tantidem amicum quanti fratrem aestimemus. Licenter etiam in quaest. conv. VII 2, 3 [3] in v. 471 sq.:

εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη
θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθημοσύνη δὲ κακίστη,

qui sententiam generalem exhibent significantem optimum esse hominibus omnia bene disponere, contra male disponere pessimum, vocem *εὐθημοσύνη* ad semina serenda ita refert ut quae semina commode sata sint, ea *εὐθημοσύνην* habere dicat illam quam Hesiodus praedicet. Licentissime vero versibus 763 et 764:

---

[1] *Ἔστιν οὖν διαπορῆσαι πότερον ὀρθῶς ἢ τοὐναντίον ὁ Ἡσίοδος εἶπε·*
μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.
ὁ μὲν γὰρ εὐγνώμων καὶ κοινός, ὥσπερ εἴρηται, μᾶλλον ἐγκραθεὶς δι᾽ ἀμφοτέρων σύνδεσμος ἔσται τῆς φιλαδελφίας.

[2] *Τὴν κατὰ φύσιν ἡμῶν σχέσιν πρὸς ἀλλήλους τῆς κατὰ προαίρεσιν εἶναι τιμιωτέραν φησὶν οὗτος ὁ λόγος.*

[3] *Τὰ δὲ προσκρούοντα τοῖς κέρασι τῶν βοῶν οὐ τυγχάνει τῆς ἀρίστης καθ᾽ Ἡσίοδον εὐθημοσύνης, ἀλλὰ σφαλλόμενα καὶ παρολισθάνοντα ῥιπτομένοις μᾶλλον ἢ σπειρομένοις προσέοικεν.*

φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται ἥντινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζουσι· θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή

doceri opinatur veram plerumque famam esse quam multi agitent [1]; cuius sententiae nihil inest in verbis poetae.

Eandem autem licentiam deprehendimus in studio illo quod communi veterum mori oboediens Plutarchus sequebatur omne doctrinae et sapientiae genus ex poetarum operibus derivandi. Quod cum ita instituebat ut Hesiodi et aliorum hominum illustrium sententias quae ei consimiles viderentur esse iuxta poneret atque inter se referret, considerate agebat probabiliterque. Cum ab Hesiodo sapientiam repetebat quam maxime ab eo alienam hoc nihil curans quantopere ita illius mentem mutaret et detorqueret, nostro quidem sensu videtur inepte egisse. Atque illius quidem generis exempla sunt multa, e quibus nonnulla selegimus. Ita in fragm. 7 [2] dicit Hesiodum cum a fratre iniuria affectus admonitione illum, non ira persequeretur, egisse secundum illud Socratis *ὅτι πᾶς ὁ κακὸς ἄκων ἐστὶ κακός*, et in fragm. 21 (cf. p. 74) docet Hesiodum idem dixisse versu

πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη

ac Lampidem, maiores divitias requirere curas maiores, sed maiora etiam incrementa capere solere. Magis arcessitum est quod de fac. in orb. lun. cap. 25 [3] edocemur iam Hesiodum verbis

οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ

significasse quodammodo illud nutrimentum cuius qui tantum

---

[1] *Καὶ τέλος προσέθηκεν ὅτι κινδυνεύει καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀληθὴς εἶναι πᾶσα φήμη ἣν λαοὶ πολλοὶ φημίζωσι καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν τι καὶ αὐτὴν θετον.*

[2] *Λυπηθέντα δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀντὶ τοῦ βλασφημεῖν νουθετεῖν, εἰδότα τοῦτο δὴ τοῦ Σωκράτους ὅτι πᾶς ὁ κακὸς ἄκων ἐστὶ κακός.*

[3] *Ἠνίξατο μὲν Ἡσίοδος εἰπών·*
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ,
ἔργῳ δ' ἐμφανῆ παρέσχεν Ἐπιμενίδης διδάξας ὅτι μικρῷ παντάπασιν ἡ φύσις ὑπεκκαύματι ζωπυρεῖ καὶ συνέχει τὸ ζῷον, ἂν ὅσον ἐλαίας μέγεθος λάβῃ, μηδεμιᾶς ἔτι τροφῆς δεόμενον.

quantum esset oliva edisset nullum praeterea cibum requirere Epimenides postea re ostenderit. Atqui Hesiodus revera dicit perbene vivi posse victu simplici fruentem. Verum paene oculorum fidei non credimus legentes in fragmenti libri de anima compositi cap. 4 versu Hesiodeo

κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι

hanc sententiam illustrare Plutarchum, mortem timeri ab hominibus, quod quid vita sit, quid mors dii celaverint homines [1]. Quod contra Hesiodus dicit victum occuluisse deos hominibus ne eum acquirere possent facile.

Qualia si quis scriptor illustris hodie sibi permitteret, risum moveret; illa aetate offensioni haud dubie non fuerunt. Adeo mutantur iudicia hominum ac sensus.

---

[1] *Ἔοικεν ἡ ψυχὴ ἔχεσθαι καὶ περιπεπλέχθαι ⟨τῷ σώματι⟩ δι' εὔνοιαν οὐδεμίαν αὐτοῦ καὶ χάριν, ἀλλ' ὀρρωδοῦσα τοῦ θανάτου τὴν ἀδηλότητα.*
κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι
κατὰ τὸν σοφὸν Ἡσίοδον.

THESES CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA

QUAE INSCRIPTA EST

DE PLUTARCHI STUDIIS HESIODEIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

D. XIV MENSIS AUGUSTI A. MDCCCXCIII

IN PUBLICO DEFENDET

OSCAR WESTERWICK

GUESTFALUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

GUILELMUS STENTRUP, STUD. PHIL.

GUSTAVUS STUEMPEL, CAND. PHIL.

ROMANUS NIESTROY, CAND. PHIL.

MONASTERII GUESTF.

EX TYPOGRAPHIA IOANNIS BREDT.

MDCCCXCIII.

Theses.

I. Soph. Trach. v. 825 verba δωδέκατος ἄροτος emendationem non requirere contendo.

II. Culicis carminis v. 20 sqq. sic lego:

Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agrestum bona fetura, ut sit cura tenentis
Aerios nemorum saltus silvasque virentis.

III. Lucr. de rer. nat. l. V v. 396 sic legendus est:

Ignis enim superavit et ambiens multa perussit.

IV. Improbanda est Westphali dochmii explicatio qua eum iudicat esse bacchium geminatum.

V. Zophorus Neptuni qui vocatur Monacensis a Scopa non pendet.

Vita.

Natus sum Oscar Westerwick Bielefeldae Guestfalorum ante diem IX Calendas Decembres anno huius saeculi LXVIII patre Eduardo, matre Elisa, de gente Johannsmann, quorum alterum morte mihi ereptum esse doleo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum elementis primo Bielefeldae, deinde Mindae imbutus puer novem annorum gymnasium Mindense adii, cui tunc Grautoffius praeerat. Maturitatis testimonio instructus vere anni LXXXVII Berolinum me contuli, ubi per quater senos menses studiis vacavi, deinde academiae Monasteriensis civis fui item per quater senos menses. Docuerunt me viri clarissimi doctissimi Curtius, Deussenus, Dielsius, Dillmannus, Grimmius, Huebner, Kaftanus, Kirchhoffius, Oldenbergius, Paulsenus, Strackius, Vahlenus, Weissius, Zeller Berolinenses, Milchhoefer, Langenus, Spicker, Stahlius Monasterienses. Hos duos annos litterarum studiis deditus egi Mindae.

Exercitationibus ut interessem summa liberalitate permiserunt Dielsius, Huebner, Vahlenus philologicis, Paulsenus, Spicker philosophicis, Milchhoefer archaeologicis. Seminarii philologici Monasteriensis per sex menses sodalis extraordinarius, per bis senos menses ordinarius fui. Eidem seminario per sex menses senior praefui.

Omnibus viris qui me docuerunt, imprimis Stahlio, gratias ago quam maximas.

Feliciter mihi contigit ut quaestionem semestri aestivo anni LXL a philosophorum ordine Monasteriensi cum praemio propositam de Plutarchi studiis Hesiodeis praemio digne tractavisse iudicarer. Quam commentationem non mediocriter amplificatam nunc ad summos in philosophia honores impetrandos eiusdem philosophorum ordinis arbitrio permisi.

Societati academicae philologae Berolinensi a studiorum primordiis interfui.